This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

DE
PLANT
VERIS
615
N38m

615 R

MARCI NEVIANI GE-

RARDI MOSTANI DE plantarum viribus poëmatium,

AD

Generosissimum illustrissimúmq; Principem, ac Dominum, D Lamoralium Ægmondanum, Principem Gauerij, etc. Comitem Ægmondæ, Baronem Barij, Dominum Armenteriæ, etc. Gubernatorem Flandriæ, etc. aurei Velleris auratum militem, etc.

LOVANII,
Apud Hieronymum VVellæum,
ad interfigne Diamantis.
Anno 1563.

CANDIDO LECTORI S.

Alenus noſter quàm plurimis in locis Commentariorum quibus indidit titulum de cõpoſitione medicaminũ per genera, ampliſsimis verbis laudat orationẽ metricam, imò verò optat vt omnia hoc ſcripti genere tradantur literis. Nec profectò iniuria: nihil enim tam eſt vtile, quin libentius multo legatur, ſi dulci aliquo pedum modulamine cõmendatum proponatur: Cui etiã accedit & illud, quòd metris cõprehẽſa minori negotio, q̃ ſoluta oratiõe quæ iam recens diſcimus mandentur memorię, quæq; exciderũt, in ipſam prõptius reuocẽtur. Quę cũ ita ſint, non abſurdè facturus videor, ſi omniũ ferè plãtarũ vires cõplexũ poematiũ in lucẽ emiſero: præſertim cũ nullus recẽtiorum hãc prouinciã aggreſſus ſit. Namq; libellus ille qui Æmilio Macro parũ accuratè inſcribitur, à meo me reuocare incœpto neutiquã debet. Partim quidem, quòd 80 duntaxat plantarum meminerit: partim quòd adeò ſcabra vtatur dictione, vix vt poſſet à quoquã legi citra tœdiũ. Non paruam itaque ignominiæ notam inurunt Macro, qui hæc ei carmina accepta referunt. Porrò autem quibus adducor vt negem eum eſſe huius libelli authorem, hæ ſunt rationes.

Libellus mentionem facit Galeni, Oribasij, & Strabi Galli, quibus omnibus Macrũ esse multo vetustiorem quis ignorat? Deinde mentionẽ facit Zaduræ, quã tempestate Galeni etiãnum fuisse incognitã doctissimis quibusq; persuasum est. Hoc igitur authore, quisquis sit, lõgè valere iusso, Nicandrum in modo scribendi: Dioscoridem, Galenum, Paulũ, Aetium, & Actuariũ in materia exprimere sum conatus. Quo in negotio cuiusmodi me gesserim, sic velim accipias. Singularem operam qualitatibus primis, secundis & tertijs insumpsi: & parandi, & offerendi modo supersedi: alterius enim hoc esse negotij, author est Galenus in quercu, glande vnguentaria, cappari, lilio, papauere, & ficu. Deinde τὸ βολὸν λῆγμα nunc ictum, nũc morsum virulentum sequutus quatuor illos longè doctissimos Dioscoridis interpretes trãnstuli. Postremò vsurpaui phlogosin pro phlegmone sumpta strictè: nam ita à Dioscoride vsurpari nulli non notum est: cum subnectat phlegmonen erysipelati & herpeti velut ab ijs diuersam. In calamo vallari interim videtur latè sumpsisse, quãdo inquit: ἐρυσιπέλατα τε, καὶ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἰᾶται. Quidquid autem præstiti æqui bonique vt consulas, vehemẽter humanissime lector cupiam. Vale Gandaui, anno 1563. postridie natiuitatis Ioannis Baptistæ.

PROOEMIVM.

PAndere conabor quam vim natura ſalubrem
Indiderit plantis, quas terá quatérq; benignè
Terra ſuo promit gremio, cornúque miniſtrat
Plœno, chara volens Parcarum extendere fila.
Ergóne Calliopes haud credam poſſe per vndam
Cuiuſcunque placet ſubducere vela Charybdi
Illum? qui toties immunia præſtitit arua
Ægide noſtra nimis ſolerter ab agmine Gallo?
Gallo terribili? fractas cùm mille per auras
Bombardæ tonitru mugirent, atque hoante
Necnon igniuomo quaſſarent murmure celſas
Nubes, & rutilam Cyrrhæi lampada Phœbi
Leucadiúmque iubar denſa caligine fumus
Iter obumbraret? Quid enim memorare neceſſum,
Quàm colliſa ſimul gladijs tundentibus ignem
Caſſida ructarit crebrum? quàm gæſa coruſca
Luminis obtuderint atiem fulgore micanti?
Vel quod debuerint Ætnæa gemiſcere vaſto
Necnon immani complerier antra ſonore,
Vt tot ſuppeterent calcaria mille ſuperbo
Cornipedi? Haud credam? cùm ſit puta minus vtrunq;
Palladis armiſonæ, cui non acceptior alter
Eſt duce Flandriaco? Venias ad carbaſa ſplendens
Cùm titulis belli, tùm ſtemmatis Ægmondane:
Sic mihi fœlicem dabitur contingere portum.
Maxima Flandriaci Princeps o gloria tractus
Dirige vela precor, dubijs in rebus aſylum
(Huc es io Pæan, ter io Pæana vocemus)
Flandria quem ſenſit. Cùm lilia fœda pararent
Deuaſtare ſolum Gandaui, & tradere flammis,

Tu Marcellus eras, referens tu signa Camillus.
Dirige vela precor, ne fortè Lycaonis Arcto
Fluctuet erepta puppis, latèque fragosam
Per mare bacchanti subeat Niseida Cauro.

Caput

Caput 1.

Ἀβρότονος Græcis: Abrotonus appellatur Latinis. Eſtque duplex, mas & fœmina.

Abrotonum cuncti geminam ſtatuere parentes,
Fœmellã, atque marẽ. Terno calefactat & aret
Ordine, præterea per cæcos mittit hiatus,
Quin & amaroris genio decoratur alacri,
Extenuátque ſimul, necnon compagine membri
Donatur tenera: ſed non eſt vſque ſalubris,
Cùm noceat ſtomacho. Semen conuulſa coercet,
Atque mouet lotium, menſeſq; propellit, & aufert
Plagam viroſi pecoris, rigidumque venenum,
Dimouet aſthma, necat ſuper hæc animalia ventris,
Necnon iſchiados cruciamina, ruptáque ſopit
Faucibus ingeſtum: ſed phyma, trucémque phlogoſin
Luminis auertit, miſerandáque tormina placat
Iniectum membris externis, atque rigorem
Subleuat & demit. Finis vſtæ fertur obeſſe
Cunctis vlceribus, mentumque genámque capillo
Cingere, quæ nomen ſumunt à vulpe glabreta
Pellere, tùm verò decorari parte tenella.

Caput 2.

Ἄγνος Græcis: Vitex Latinis.

Viticis exiccátque, calétque ſub ordine terno
Semen, flóſque, dein folium, quin dote redundat
Acroris, tenera viget & compagine membri
In paucis lepidè: ſed enim virtute labaſcit
Stypſios, infarctu iecur eripit, atque lienem
Præterea, plagam ſuper hæc ſerpentis abercẽ,
Ac hydropa ſimul, toruámque phlogoſios iram:
Atque ciet menſes: & vulnera, luxa, phrenes im

Lethargumq́ fugat, distendens lacte mamillam.
Quinetiam rimas patulas in sede coercet
Duritiemq́ simul quæ testes versat & vrget:
Membraq́ dat veneris nimium torpentia ludo.

Caput 3.

Ἀγαρικὸν Græcis: Agaricum Latinis.

FVngus quem misit tellus Agareia quondam
Calfacit, atque secat: necnon insigniter omne
Viscus ab infarctu leuat, & per cæca resoluit
Spiramenta truces qui iactant intima chymos,
Quinetiam, sed enim leuius, virtute redundat
Stypsios, atque ciet lotium, mensesq́, propellens
Vtriusque luem bilis, tum phlegma per aluum.
Præterea mulcèt nerui coxæq́ dolores,
Atque febrim sedat quæ longo tempore membra
Torsit, & helmynthas, dein asthma, scotoma, rigorem,
Tormina, quósque dedit vesano bellua rictu
Quæ per humum versat scelerata volumina morsus,
Atque venena simul quæ pigro frigore languent.
Et ructus acidos, renumq́ pathemata lenit,
Ac iecoris, tabem super hæc, morbósque lienis
Amouet, & roseo respersa fluenta cruore,
Necnon itterici quæstus, & vulsa coercet,
Ruptáque, tum casus ex alto, subde maniam,
Hystericæq́ simul questum, diramq́ phrenesim,
Necnon attoniti rabiem, magniq́ repellit,
Hydropemq́ simul, corpúsque nitore venustat,
Ex thorace simul crassamina lenta propellit,
Hoc veteri super hæc inflatio tetra fugatur.

Caput 4.

Ἀμάραχος ἢ σαμψοχον Græcis: Amaracus Latinis.

CAlfacit & marcet, ſiccatue ſub ordine terno,
Et per cæca trucem mittit ſpiracula chymum,
Parte ſub hæc gracili decoratur amaracus, aufert
Hinc luxata, dein qui nondum ſæuit hydropem,
Quin menſes etiam lotiuḿq; propellit, & ictum
Scorpio quem dederit fugat, atque phlogoſin ocelli,
Sugillata ſimul cohibet, diróſque tumores,
Atque dyſuriam, truculentáque tormina lenit.

Caput 5.

Ἀψίνθιον Græcis: Abſinthium Latinis. Eſtque triplex, Vulgare, Santonicum, Marinum, quod alio nomine Seriphium.

COgnouere triplex coryphæi abſinthion artis
Pæoniæ, proprio multis putà partibus vngui
Notius, ac Italûm quod mittunt Santones oræ
Finitimi, demum ſub rauci littoris æquor
Iactans fœtorem, deſiccat in ordine terno
Seu grege quod primum retuli, primóque caleſcit,
Ac ſtypſis genio moderatè ornatur, & acri
Nilominus minimè leuiter virtute redundat,
Quin & amaror ei non ſegnis adeſſe refertur:
Haud iuxtà ac reliquæ ſpecies incidit amœnè.
Purgat inhærentem ſtomacho ventrí́q; flagrantis
Molem bilis, agit lotium menſeſ́q; comeſtu,
Ámolitur item ſtomachi ventriſ́q; dolores,
Ixian, atque gelu bellaria tarda cicutæ
Inſuper, & plagam degentis ad alta draconis,

Cæci præterea muris: ſtomachumque refulcit,
Et fugat ictericum. Ne ſpargat in aera vitæ
Quanibil eſſe queat prius aut antiquius vnquam
Stamina fungus, opem dabitur nauciſcier inde,
Quin procul bacce minax inflatio ſtirpe fugatur.
Admotu verò culices â corpore vertit,
Necnon anginam, & ſtomachi iecoriſque dolores,
Quique premunt oculos, necnon hypochondria, dextrè
Profligat, merſos caligine ſarcit ocellos
Inſuper, & confert ſugillatiſque medetur,
Lenit hydropa, ſub hæc epinyctides, atque fluentes
Auriculas tabo demit, ſpleniſque dolorem.
Pacat ſuffitu dentis cruciamen & auris.
Largius incidit feruétque quod arua profundunt
Gallica prædicto: minus autem ſiccat, & vrit,
Extenuátque ſimul per raucum littus odorem
Spiranti immanem, ſtomacho diſpendia conflans.
Emouet aſcaridas cui nomen parua Seriphus
Indidit, ac teretes lumbricos, ducit & aluum
Nonnibil: at ſtomacho damnum procudit, & aret
Sub terno, quamuis calefactet in ordine bino.

Caput 6.

Ἀκορον Græcis: Acorum Latinis.

NE nos mergat onus lateris, iecoriſque dolorum,
Thoraciſque ſimul, ne rhegmate dia vacillet
Vita, vel effrænum dominetur ſpaſma vel atri
Torminis atra lues, aut effera plaga veneno
Fœtæ ſerpentis, fiducia certa benignam
Surgat opem ægrotis acori abs radice parari.
Nec minus imperio truculenta pathemata vuluæ

Cuncta

Cuncta domat pulchrè, lotijque moramina tollit,
Eximit & labem victi caligine sqissa
Luminis, & clausi tenebrarum carcere nigro:
Cum putà sicceſcat flagretque ſub ordine terno,
Necnon & gracilis vigeat compagine membri,
Incidatque ſimul craſſos lentoſque liquores.

Caput 7.

Ἀλθαία, ἰβίσκος, ἢ ἰβίσκος Græcis: Althæa, ibiſcus & ebiſcus Latinis.

SVbleuat abſceſſus, & ſtrumas, atque phlogoſes
Veris, & ſtupidos neruos althæa comeſta.
Nec procul aufugiunt minus hac inflatio, vulnus,
Sedes præterea contuſa, deinde parotis:
Cùm per cæca foras sqiracula mittat iniquos
Humores, laxet, coquat, & dirumpat, itemque
Panda cicatricis dorso ſuffarciat ora,
Necnon calfaciat ſiccétque ſub ordine primo.
Subſidio veniunt vtero, quem dira phlogoſis
Et myſis iactat, peſſi, ducuntque ſecundas.
Radix hauſta iuuat tremulos, nimiumque morantí
Confert vrinæ, demulcens rhegma, querelam
Iſchiadis, lapides, atque inteſtina cruenta,
Necnon & roſeo madidantia ſputa liquore.
Verùm collutu dentis cruciamen abercet.
Alphos & plagam viroſi dentis abercet
Semen & obliterat, ſputumque cruore reſperſum,
Atque dyſenteriæ queſtus, aluique fluores.

Caput 8.

Ἀσαρον Græcis: Aſarum Latinis.

Prolicit

PRolicit vrinam menſeſq́, & placat hydropem,
Necnon Iſchiados veteris cruciamen abercet
In potu radix aſari, bilémque propellit
Phlegmáque per vomitum ſediſq́ foramina torta,
Necnon exiccat flagratq́ ſub ordine terno.

Caput 9.

Ασκυρον Græcis: Aſcyrum Latinis.

CAlfacit & ſiccat, necnon compage tenella
Conſtat (vti perhibent) aſcyrum. Tetra doloris
Coxæ profligat ſemen commercia, bilem
Purgans ſede. Parum verò detergit, opemq́
Confert ambuſtis folium, nymboq́ reſiſtit
Sanguinis, & magnum committit glutine vulnus.

Caput 10.

Ανδρόσαιμον Græcis: Androſæmum Latinis.

POrrò frutex læſo cuius de corpore manans
Gutta refert hominis roſeum perritè liquorem,
Viribus inſtruitur, necnon ornatur ijſdem.

Caput 11.

Αναγαλλὶς Græcis: Anagallis Latinis.
Eſtq́ue duplex, phœnicea, & cœrulea.

NEc verò biſidam nutes anagallida campos
Nectere, cùm Tyrij ſplendeſcat murice cocci,
Necnon cæruleo pingatur floris amictu.
Calfacit, & ſiccat: ſuper hæc abſterget alacri
Robore, nec tetrico diuexat corpora morſu,

Et dem-

Et denſa remouet nebulas caligine ſepti
Luminis, atque iuuat quos vipera dira momordit,
Extricátque ſimul quæ tergo hæſere ſagittas,
Quinetiam noſtri ſancta de corporis arce
Phlegma ſoporiferum deducit, & argema ſedat.
Sis licet Æſopus, tua pulchrè membra niteſcent
Illinc, quodque grauat dentes cruciamen abibit,
Et noma crudelis volucrem fundetur in auram.
Nec titubante gradu venit hinc in regna ſalutis
Quem tenet implicitum laqueo ſcelerata phlogoſis,
Non illuſa cadunt hac cœpta volentis eadem
Pellere veſanos renum iecoriſque dolores.

Caput 12.

Αλκέα Grecis: Alcea Latinis.

RAdix alceæ fugat inteſtina cruenta,
Infarcitque ſimul, necnon dirupta coercet.

Caput 13.

Αλόη Græcis: Aloe Latinis.

SVb limen bini gregis vrit, in ordine terno
Deſiccans aloe, nec rodit corpora morſu,
Quinetiam ſpargit: leuiterq; abſterget, amara
Pollet energia cumulatè: preſtius autem
Stypſios ingenio præſtat ſeu dote, deinde
Phlegma ſoporiferum, bilémque propellit & arcet.
Regius, ac liuor, gingiua, fluenſq; capillus
Hinc datur exitio, tenuémque recedit in auram,
Et tonſilla, dolor capitis, præputia rupta,
Necnon vlceribus genitalia ſpurca, phlogoſis

Lumi-

Lumina vel nares vexans atque ora, fluentum
Sanguineum, sedis rimæ, pruritus ocelli,
Necnon & fauces tingentia sputa cruore.
Si te scabra tenet palpebra, sinusque laceßit,
Atque fatigatos nullus sopor irrigat artus,
Inde medela fluet, spe non fruſtraberis inde.

Caput 14.

Αλσίνη Græcis: Alſine Latinis.

FRigoris alsine genio decoratur, & humet,
Nilominus citra stypsin, calidásque phlogoses
Pellit, erysipelas super has demulcet & aufert.
Competit auriculæ tormento fusus in ægram
Partem succus, item (longis ambagibus vltrà
Ne te quàm satis est videar studuisse morari
Lector) cum helxine decoratur viribus iisdem.

Caput 15.

Απαρίνη, ὁ μφαλόκαρπος, ἢ φιλάνθρωπος Græcis: Aparine Latinis.

CAlfacit & siccat leuiter, præstatque tenellis
Partibus haudquaquam fœlicius, atque supinè
Iuxtà detergit, liquidámque philantropus aufert
Colluuiem sordis. Strumam depellit inuncta.
De folio preſſus liquor, & de caulibus imber
Tuſus, & eiusdem de semine lympha coacta,
Morsibus imperitat vesana phalangia rictu.
Quos tremulo dederint, ac vipera tarda sopore,
Necnon auxilium præstat cruciatibus auris.

Caput

Caput 16.

Αμμι Græcis: Ammi Latinis.

Ammios exurit siccátque sub ordine terno
Semen, & id plœno, nec non & parte tenella
Tonsat, & effundit per spiramenta vaporem
Cæca, mouet lotium super hæc, menseſque propellit,
Sugillata simul, miserandáque tormina sedat,
Et quos inflixit serpens fanatica morsus:
Viuida pallidulo sed tingit membra colore.

Caput 17.

Αρον Græcis: Arum Latinis.

Quod Mauorte potens Germania nostra profundit
Emarcescit arum flagrátque sub ordine terno,
Necnon acroris vehementi dote redundat:
Hincq; adeò terget, secat, & per cæca resoluit
Spiramenta foras versantes intima chymos:
Delinitq; simul strumam, scirrhóque medetur,
Atque reluctatur fico, blandumq; nitorem
Conciliat vultus, nec non syringa coercet.

Caput 18.

Ανηθον Græcis: Anethum Latinis.

Ordinis exurit sub terni limen anethum,
Sub bini siccans. Marcescere verò Galenus
Maximus egregio polyhistor asserit ore,
Ac feruere simul terna sub classe crematum.
Quinetiam nocuos per spiramenta liquores
Amouet, & lenit cruciamina torua. Sopore

Dulci

Dulci membra fouet longè præstantius vdum,
Quàm quod marcescit, longéque profusius ipso
Concoquit humores: sed eodem ignauius arcet
Per cæcos abitus. Elabella racemus abercet,
Et coma siccati, miserandáque tormina sedat,
Et cohibet vomitus, aluique fluenta propulsat,
Necnon singultum, distendens lacte papillas,
Atque ciens lotium. Si præfocatio vuluæ
Grassetur, morbum licet hinc sedare furentem.
Plus satis hæc mandens acie spoliatur ocelli,
Iacturámque facit genituræ. Pellit & aufert
Vlcera quæ nimium flaccent madidantve crematum.

Caput 19.

Ἀρυᾶον ἢ προσώπιον Græcis: personata Latinis.

PErsonata leui decoratur munere stypsis,
Necnon deficcat, tùm verò hæc ipsa resoluit
Per cæcas latebras. Folij mulcentur inuctu
Vlcera quæ longo iam tempore membra grauarûnt.
Radix propulsat maculantia sputa cruore
Fauces, ac tabo seu purè comesta: dolores
Illita demulcet quos dat luxatio nerui.

Caput 20.

Αἰιξωον Græcis: Aizoum, sedum, & semperuiuum Lat.

NAtus Echidnæus quot faucibus atra seuerè
Complet regna Stygis, latrans immane per antrũ,
Dantur aizoo species, maiusq; minusq;
Quodq; per vmbrosum nemus hirta cacumina fundit.
Et quod frondiferi mittunt vmbracula saltus

Calfas

Calfacit, acroris genio viget, atque repellit
Strumam, terribili defœdans vlcere corpus.
Exiccant modicè duo prima, sub ordine terno
Præterea frigent eadem, sæuaſque querelas
Eiuſdem pacant morbi. Sacer ignis, & herpes
Hinc igitur lepidè coguntur vertere tergum,
Atque ambuſta, nomæ, ſcelerata phlogoſis iniqua
Quæ venit à fluxu quoſcunque ſit illa per artus,
Atque dyſenteriæ queſtus, aluiq́ fluores
Ac veteri, capitis dolor, ac ophthalmia, plagæ
Quas incuſſerunt odioſa phalangia rictu.
Liber vt effugias triſtes Amaryllidos iras,
Necnon euites aconita ferocis amicæ,
Anchora ſacra tibi, tibi portus habebitur illinc.
Forte miniſter enim genitoris (conſcia veri
Numina verbigenæ teſtamur) limen amatæ
Legit, ab Eoo cùm lux encœnia nobis
Annua proueheret. Dicenda tacenda loquutus,
Accipit artocream permiſtáque verba Sinonis:
En cape delitium, cape munus & vna voluptas
Hoc exile rogo, cape noſtri pignus amoris.
Vt puer Odryſij Priameius arua tyranni,
Hic donatus abit. Sed enim prô ſumme deorum
Fulmine quin adigis ſagas ad Auerna triſulcos?
Nam ſimul atque videt nimis ach te frater amate,
Neſcius impertit feralia dona miniſter,
Ignaruſq́ doli ſe ac te germane nefando,
Idq́ per horrendos cruciatus, funere mergit.
Quartus ab vndecimo iam tum me cœperat annus.

Caput 21.

Ἀλίσμα ἢ δαμασσώνιον Græcis: Aliſma & damaſonium Latini.

Lenta damasſoni radix abſtergit, & aufert
Diræ colluuiem ſordis, leuiterq́ caleſcit,
Acroriſq́ valet genio, plagamq́ rubetæ
Corrigit, atque opij leporiſque per æquora ſæua
Degentis phialæ miſtum crudele venenum,
Atque dyſenteriam, ſcrupos, œdema, furorem
Torminis, hyſtericæ queſtus, aluique fluentum,
Spaſmáque: tum verò remorantia menſtrua ducit.

Caput 22.

Ακάνθη λευκὴ Græcis: Spina alba Latinis.

Qva niueo folio rutilans fulcitur acantha
Leniter aſtringit radix: & ſiccat. In hauſtu
Cœliacen etiam demit, lapſóque vigorem
Conciliat ſtomacho, ſputumque cruore madeſcens
Tollit, & vrinam lotiumue propellit. Abercet
Verò collutu dentis tormenta. Tumorem
Subleuat impoſitu. Membri compage tenella
Conſtat, itemque calet ſemen, ſpaſmóque medetur,
Suppetiaſque venit quem ſerpens dira momordit.

Caput 23.

Ἀδίαντον Græcis: Adiantum Latinis.

AT ſtrumæ queſtus adiantum tollit, & aſthma,
Profluuiumque alui, nec non inſana refringit
Cœpta venenati morſus, & furfuris imbrem
Placat, & eminuit ſplenes, molémque lienum,
Nec non ad diæ moderatur tecta ſalutis
Curſum, ſi tetricæ populetur apoſtaſis ira
Corpus & abſumat, dein ex thorace propellit

Ac pul-

Ac pulmone ſimul craſſamina lenta ſcreatu.
Atque caput demit vitio cui nomen ab aſtu
Nec non vafriciè celebris vulpecula cunctis
Indidit, atque mouet lotium, reſidèſque ſecundas,
Tum verò & menſes, quin & per cæca reſoluit
Spiramenta ſimul, nec non incidit, & aret.
Nec non alma quies venit hinc, dum ſanguinis vnda
Plus æquo manat, quin hinc victoria cedit
Quem ſtomachi fluxus prædantur, achorque laceſſit,
Hinc non in mediis etiam conatibus hærens
Succidit, icterici nec non auriginis æſtrum
Pellere dans operam, tenueſque hinc cedit in auras,
Conuertitque fugam truculenta inſania ſcrupi.

Caput 24.

Ἀρτεμίσια Græcis: Artemiſia Latinis.

SVnt geminæ ſpecies quem Mauſoleia coniunx
Nomine dotauit frutici, maiorque minorque.
Calfacit vberius quàm ſiccet in ordine bino,
Segniter extenuat, fœtus, lotium, atque ſecundas
Elicit, & menſes, vterique phlogoſin abercet.
Et ſcrupi renum licet hinc præcidere technas.

Caput 25.

Ἀνθεμὶς ἡ χαμαίμηλον Græcis: Anthemis & chamæmelum Latinis.

ANthemis exiccatque caletque ſub ordine primo,
Et per cæca foras nocuos ſpiracula mittit
Chymos, & laxat, mollit, partiſque tenellæ
Præſtat energia, & menſes, lotium, atque lapillos

Elicit, & partum, ac inuisa pathemata lenit
Vesicæ, & mulcet cui fundamenta locauit
Densa cutis febrim, dein ileon, atque dolores.
Quinetiam queruli iecoris ferale pathema,
Nec non ictericum delinit, & amouet aphthas.
Quando fatigaris, quando te inflatio torquet,
Quando tenent magnum tubercula luminis orbem,
Inde medela fluet, spe non frustraberis inde.

Caput 26.

Ανδράχνη Græcis: Portulaca Latinis.
Estque duplex, hortensis, sylvestris.

SVb grege frigescit terno, madidata secundo,
Necnon & stypsis vi portulaca superbit
Vtraque. Feruorem stomachi, capitisq; dolores,
Et tormenta leuat vesicæ, omnemq; phlogosin
Illita, vulneribus cariem referentibus, igni
Sacro, per faciem papulæ, plagæq; feroci
Sepis tabifici super hæc succurrit eadem
Lege. Sed in potu lumbricos, atque fluentum
Sanguinis, & fauces tingentia sputa cruore,
Atque dysenteriam, fluxum, dentisq; stuporem,
Ne sit in ambiguo, liquidam diffundit in auram:
Munus præterea veneris languore resoluit.

Caput 27.

Ἀρνόγλωσσον Græcis: Plantago Latinis.
Estque triplex, maior seu septineruia, minor seu quinqueneruia, & minima seu trineruia.

IN tres plantago formas Speciesue secatur:
Vtpote cum maior, minor, atque trinerua docto

Mar-

Marmarini Vatis thyaſo perſpecta ſit hiſce
Temporibus. Eriget ſiccatq; ſub ordine bino,
Necnon aſtringit. Succurrit porrò nouellis
Vlceribus folium, ſin extima membra perungas,
Peruerſiſq; ſimul, nec non agitantibus ora,
Quæq; grauem redolent elephanta, fluoreq; manant,
Et quæ Cecropia dicuntur anomala voce,
Tum quibus Emathius lucrifecit nomina Chiron.
Adde quòd & ſtrumam, necnon herpeta, ſinumq;
Ablegare queat, necnon ambuſta coercet,
Ac hæmorrhagian lenit, morſuſq; caninos,
Et lamenta nomæ, dirumq; parotidis æſtrum.
Si magnam tentent oculi tubercula mætam,
Necnon rheuma voret corpus, putredóque frangat,
Inde ſalutis erit blanda tellure potiri
Lege prius dicta. Sed enim mandendo caducum
Tollis, & aſthma leuas. Rutilo cui tincta cruore
Inteſtina Stygis pallentia regna minantur,
Et quem cœliace, necnon anaſarca laceßit,
Inde ſalutis erit blanda tellure potiri.
At ſuccus folij tabem depellit in hauſtu,
Gingiuiſq; ſimul confert quas larga cruoris
Copia diuexat, ſputoq; cruore madenti.
Pellit eryſipelas fotu: ſyringa coercet,
Atque dyſenteriæ queſtus clyſtere: doloris
Auriculæ technas fugat inſtillatus in aurem:
Subuenit appoſitu quam præfocatio torquet
Vuluæ, quamq; nimis veſanum rheuma fatigat.
Quem verò petulans ophthalmia verſat & vrget,
Si quod adornetur collyrion inde iuuatur.
Radix pota leuat tormenta ferocia dentis.
Vindicat infarctu reneſq; iecurq; comeſtum

Semen, & ablegat rutilantia ſputa cruore,
Nec non defluxum qui tentat & obſidet aluum.

Caput 28.

Ἀμπελὸς οἰνόφορος ἢ ἥμερος Græcis: Vitis vinifera & ſatiua Latinis.

VItis Echionij quæ profert munera Bacchi
Frons & capreolus frigens, ignauius æque
Stypſis energia pollet, capitiſque dolores,
Nec non ſputa fugat reſperſa cruore, phlogoſin
Ardoremque ſimul, ſtomachum qui iactat & vrget,
Atque dyſenteriam, ſæuæque tyrannida cittæ:
Lapſum præterea ſtomachum virtute refulcit.
Quæ fluidam liquit formam de caudice pendens
Gutta pilos abigit, ſcabiemque refrænat, & arcet
Lichenem, nec non lapidémque leprámque repellit.
Efficit hæc eadem longéque effuſius humor,
Quem ſarmenta rogo crepitanti tradita ſudant,
Et myrmeca fugat: Sed condyloma reſectum
Depellunt cineres, quos dant vinacea nobis
Et ſarmenta, thymum ſuper hæc abolere feruntur.
Nec perit effuſus labor hinc, cum vipera dira
Morſibus aſperſit fœdi contagia virus,
Hinc quoque blanda manent peramandæ regna ſalutis
In quos exercet feralem torua phlogoſis
Iram ſplenis, item petulans deſiſtere victa
Cogitur hinc cœptis queruli luxatio nerui.
Nec ludunt operam corpus nutrire racemo
Palmitis enixi: tamen in diſcrimine ponant
Hunc magno, ſiquidem recreans dulcore palatum
Efficit ac alij multò generoſius illud,
Atque ſitim cumulat, diſtendens flamine ventrem,

Proria

Proritanſque aluum. Sed eandem frænat, & ægrè
Vincitur ac coquitur ſtomachi virtute, nutritque
Segniter auſterus. Sed enim vitabit acerbum,
Quiſquis ventriculi rationem ducit habendam:
Namque refragatur cocturæ, neue ferantur
Impedit in corpus alimenta. Nec vllus iniquum
Si maturuerit ſuccum generare valebit,
Si modus adfuerit, menſuráque iuſta comeſto.
Relliquijs autem poſt demptum crure cotburnum
Conditus atque cado, faſtidia pellit, orexin
Colligit, ac ſtomachi refocillat robur, & hæret
Intra corpus, vti monſtrant vinacea miſta:
Et caput exercet plus æquo ſumptus, & aluum
Siſtit, ad hæc oris miſeranda pathemata ſedat,
Nec non ſputa premit rutilo conſperſa cruore.
Tentat & inceſſit caput, & vehementius vrget
Conditus in muſto. Nihil autem penſilis angit
Infeſtatue caput, veluti nec prouocat alui
Flumina, nec ſiſtit, veluti nec robore donat
Nec ſpoliat ſtomachum. Nucleus deſiccat & idem
Stypſis dote valet ſuper hoc, vt & extima veſtis.
Ac triplices etiam ſimili ratione corymbos
Eſſe ferunt paſſos: vel acerba dote ſuperbit
Namque, vel auſtera, nec non dulcore palatum
Titillat: longè diuerſa proinde medela
Pullulat hinc, quamuis nucleum, vinacea, veſtem
Denique ſeruaris, genio quæ ſtypſis abundant.
Vinum labe carens, nec iuſto largius hauſtum
Pneumata ſuppeditat vitalia ritè, nitorem
Conciliat vultus etiam ſolerter, idemque
Munia ſuffulcit membrorum cuncta, nutritque
Non obiter, purgat cerebrum, flatuſque coercet,

Ac ducit lotium, necnon inuitat orexim,
Liberat infarctu ſuper hæc, augetq́ calorem
Natiuum, atque cibus deducit in omnia membra,
Necnon turbiduli cœnum profligat & aufert
Sanguinis, atque iuuat qnauis in parte coquendi
Munus, & è membris agit excrementa nociua:
Si modus abſit ei, parit agmina mille dolorum,
Corpora namque gelu torpeſcunt inde, calorq́
Deditur exitio natiuus: atroxq́ catarrhus
Et vertigo venit, necnon horrenda phrenitis,
Et ſtupor, atque tremor, conuulſio, magnus, inerſq́
Incubo, lethargus: quin cuncti munia ſenſus
Depereunt, velut & memorandi dia facultas.

Caput 29.

Ἄλυσσον Græcis: Alypum Latinis. Album turpetum eſt huius radix.

EXthorace, dein neruis, ac ventre, ſimulq́
Articulis ſegnem pituitam ducet alypi
Radix, præterea craſſos lentoſq́ liquores
Eliciet, vitæ ne rumpat ſtamina labes,
Nomen ab Hiſpani quæ traxit climatis ora,
Dulce leuamen erit ſuper hæc, & hydropa repellet,
Necnon antiquam febrim ſedabit, & aſthma,
Atque elephantiaſim, natoſq́ ex phlegmate tollet
Morbos, ex vſto liquore pathemata nata
Inſuper. At ſemen bilem quæ nigricat aufert.

Caput 30.

Ἄμβαρ Græcis recentioribus: Ambar & ambarum La.

Ambar

AMbar ſicceſcit necnon calefactat, opemq;
Confert egilidis ſenibuſque viriliter, atque
Fulcit odoratu perritè cor, atque cerebrum.

Caput 31.

Ανακάρδιον Græcis recentioribus: Anacardium Lat.

ORdine ſub terno ſtatuunt anacardion omnes
Ariditatis, item feruoris, & inde cerebri
Neruorumq; fugat madidum gelidumq; pathema,
Ceu pareſin, labem ſenſus, & coma, vigorem
Lapſum virtutis memorandi, & principis omnem.

Caput 32.

Αμπελὸς λευκὴ, βρυωνία, ἢ φίλωτρον Græcis: Vitis alba & bryonia Latinis.

RAdix qua palmes niueus trahit vbera matris
Humorem nocuum per ſpiramenta reſoluit
Cæca, dein terget, gracilis compagine membri
Conſtat & exiccat, moderatè deinde caleſcit.
Hinc ne perpetuo tua condas lumina ſomno
Quem Phagedæna tenet, gangrænáque cœpit, & vlcus
Nomen ab Æmonio ducens Chirone, medela
Prompta tibi veniet, nec non quem tibia ſæuo
Vlcere tentat, item cuius vertigo cerebrum
Vel caput aßiduis gyris contorquet in orbem.
Ne ponas animam quaſſus pleuritide, votis
Annuit hæc etiam, nec ſpe lactatur inani
Qui dum torquetur magno, petit inde medelam.
Quem ruptura coquit, luxataque membra laceſſunt,
Inde medela fluet: quem tußis & aßhma fatigat,

Expectata ſalus te non eluſerit inde
Præterea, auxilium petat inſuper inde, pathema
Quem tenet attonitum, vel fugillata laceſſunt,
Inde nec incaſſum fuſos patiere labores
Præterea, cuius in corpus torpida morſum
Vipera molitur, cuiuſque pterygia fœdant
Et vitiant digitos, nec non lentigo decoram
Et varus maculat faciem, rugæque ſeniles,
Nec non cuius habent corpus ſcabiéſque lepræque.
Inde videre poli radiantis ſydera pulchra,
Atque haurire datur lucem cui tetra lienum
Duritia intentat fatum tædàſque rogales.
Hæc etiam radix myſin profligat, & arcet,
Nec non abſceſſus rumpit, lotium, atque ſecundas,
Menſes, & partum ſuper hæc proritat inertem,
Phlegma ſoporiferum dein arcet & elicit aluo.

Caput 33.

Ἀμπελὸς μέλαινα Græcis: Vitis nigra Latinis.

QVæ nigram ſtabilit vitem decoratur & hiſce
Radix muneribus: ſed enim dilutius illas.

Caput 34.

Ἀριſτολοχία Græcis: Ariſtolochia Latinis.
Eſtque triplex, rotunda, longa, & ſarmentaria. Sumunturque hæc genera à radice, quamuis duo prima poſſunt etiã dici emanaſſe & à folio & fructu.

HErba puerperij vel ariſtolochia ſecatur
In tres vt minimum ſpecies: cùm nempe ſub auras
Tollat gramineo circi de ceſpite frondem,
Nec non proceris folijs ad nubila tendat,

Verùm

Verùm postremæ nomen sarmenta dederunt.
Radix parte viget gracili tollentis in auras
Æthereas latum folium fœcundius omni,
Nec non vberius multo per cæca resoluit
Spiramenta trucem qui possidet intima chymum,
Sordes præterea longè cumulatius aufert:
Hinc & adeò lenit sedátque nociua venena,
Nec non expellit fœtum, resideſque secundas,
Atque pigros menses. Quin asthma, pathosque lienum,
Rupturamque simul, nec non pleuritida sopit,
Spasmáque demulcet super hæc, sedatque rigorem,
Et magnum, podagram, singultus, atque dolores
Quos infarctus alit, vel flamina tetra ministrant,
Nec non eradit quæ tergo hæsere sagittas,
Exest vlcus item putridum, saniéque madescens
Purgat, ad hæc sarcit carnis momenta cauato.
Quinetiam tetros si fuscet inertia dentes
Gingiuáſque, manum potes hinc adhibere medentem.
Sed radix partes tenet ad prædicta secundas
Eius quæ longis foliis ad nubila tendit:
Postremas verò cui nomen brachia donant.

Caput 35.

Ακανθος Græcis: Acanthus Latinis.

RAdix exiccat: leuitérque incidit acanthi:
Et per cæca fugat leuiter spiracula chymum,
Prolicit vrinam commanſa, aluumque coercet.
Quem fractura coquit, crudeléque spasma fatigat,
Huc age, nam voti potes hinc euadere compos,
Si luxata geras, & membra deusta, doloris
Non aspernandum licet hinc sperare leuamen.

Caput

Caput 36.

Ἀκόνιτον Græcis: Aconitum Latinis.
Estque duplex, pardalianches à necandis pardis, lycoctonon à necandis lupis.

Lvrida terribiles miscent aconita nouercæ
Priuignorum epulis: crudeli namque veneno
Præcipitant mortem commansa vel hausta. Dolorem
Si foris inijcias miserandi luminis arcent,
Membráque diminuunt super hoc externa putrore,

Caput 37.

Vt aquilina vel aquilegia cum Græcum Lat. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

Calfacit & siccat mediocriter, atque resoluit
Per cæcas modicè latebras aquilina vocata.

caput 38.

Ἀμάραν θος Græcis: Amaranthus Latinis.
Etque duplex, luteus & purpureus.

Lvteus (vt perbibent) amaranthus siccat & aufert
Per cæcos abitus humorem, idemq; calescit,
Necnon extenuat. Lotium mensesq; propellit,
Et fluxus omnes coma summouet, atque dolorem
Coxæ, ac rupturam, & quas nutrit sylua capilli
Perdit & interimit formicas, atque vorantes
Intima lumbricos, timeam ne pascat inertem
Vestis, ad hæc prohibet, grumumque rescindere fertur
Guttæ sanguineæ. Cum serpens dira venenum
Rictibus illiuit patulis, datur inde medela.
Purpureus verò præclarè siccat: & idem

Fri-

Friget, & hinc alui manantia flumina sistit.

Caput 39.

Vt alliaria cum Græcum Lat. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

CVius trita manu frons allia spirat, inaret,
Calfacit, atque secat solerter, vt allia fermè.
Semen ad hysterica truculenta pathemata confert.

Caput 40.

Vt angelica cum Græcum Lat. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

Angelicæ radix ineunte sub ordine terno
Calfacit & siccat, nec non obstructa recludit,
Et simul humorem per cæcos mittit hiatus,
Atque per vrinæ lotijue fluenta propellit,
Extenuat & simul, cum dote superbiat acri,
Quinetiam tussim cui fundamenta locarunt
Frigora demulcet, nec non crassamina pellit
Quæ thoraca tenent, versant q, socors q repurgat
Phlegma, quod euertit coctura munia ventris,
Et fulcit stomachum, torpenti grata palato
Dicitur esse, dein fastidia tetra leuare,
Cordis præterea vires reuocare labantes,
Intima quod versat super hæc eliminat vlcus,
Sanguineum q secat grumum, lassis q medetur,
Atque canis rabidi morsum ac serpentis abercet.
Quanta per humanas acciritur vnda malorum
Prô superi tenebras? Cum densa cadauera pesti
Cæsa ferebantur Polyandrion vsque feretro
Massiliæ, pauper quem iudicis vrna seuera
Deligit inuitum (quia nil est lumine cæli
Dulcius aut melius, putà cum nihil esse tremendum

Peius mors

Peius morte canat ſophiæ facundus Homerus.
Et quis Ariſtotelem ſuffragia certa vacillet
Promere? de cuius Nabatheia regna ſtupeſcunt
Ingenio? cuius mirantur acumen Iberi?
Cuius Hyperboreo celebratur nomen in axe?
Nec non ad Clario Cepheia mœnia curru
Marcidula) infœlix ter & amplius ære per annum
Victitat vrbano, varijs cumulatur honorum
Præterea titulis. Pæanis at orbe peracto,
Voce Theonina proſcinditur, atque vouetur
Diris, atque idem vinctus poſt terga lacertos
Vicatim rapitur, nec non & grandine ſæua
(Prô ſuperos, hominis quaſi fatum fata repellat)
Obruitur lapidum. Quanto præſtantius eſſet
Parcere ſubiecto, dictæ radicis ab vſu
Ciues ingredier penetralia dia ſalutis?

Caput 41.

Αἰγίλωψ Græc: ἀιγίλωψ Nicandro: feſtuca Latinis.

PEr cæcos abitus feſtuca propellit, & acri
Pollet energia leuiter, duráſque phlogoſes
Quæque tenent magnum tubercula luminis orbem,
Nec non quis aſtu toto celeberrima mundo
Nomen adinuenit vulpes glabreta coercet.

Caput 42.

Αἴγειρος Græcis: Populus nigra Latinis.

POpulus atra gerit florem qui ſegniter aret
Prorſus, præterea calefactat in ordine primo,
Quinetiam leuiter gracili compage ſuperbit,
Nec non & podagræ tormenta ferocia mulcet.

Conſimili

Consimili folium decoratur dote, tametsi
Lenius. Ac genio simili resina redundat
Floribus, & paulo generosius virit iisdem.
Semen donatur gracilis compagine membri
Largius ac flores nec non resina, deinde
Viberius siccat, quamuis non virat iisdem
Multò splendidius: magniq; tyrannida sopit.

Caput 43.

Ακακία Græcis: Acacia Latinis.

VIribus acaciæ rhus ac hypocistis abundant.

Caput 44.

Ακάνθιον Græcis: Acanthium Latinis.

CAlfacit, & gracili decoratur acanthion inde
Membro, quinetiam spasmi tormenta repellit.

Caput 45.

Αλυσσόν Græcis: Alyssum Latinis.

PEr cæcos abitus fugat, & desiccat alyssum,
Detergétque simul mediocriter, atque petitis
A cane seu rabido læsis custode penatum
Subuenit eximiè, nec non à sole profectas
In facie purgat maculas, alphisq; medetur.

Caput 46.

Αμωμον Græcis: Amomum Latinis.

ASt acori fermè genio decoratur amomum.

Caput 47.

Ανάγυρος, ἡ ἀνάγυρις Græcis: Anagyrus, & anagyris Lat.

PEr cæcas latebras anagyrus mittit, & acri
Pollet energia, nec non sicce scere fertur.
At folium viridans inhibet reprimitue tumores:

Acri-

Acroriſq; ſimul genio vel dote redundat
Segniter. At ſiccum, vehementer ſiccat, idemq;
Diſſecat, & menſes, fœtus, reſideſq; ſecundas
Elicit, & capitis cruciamen ſopit, & aſthma.
Cortex radicis genio decoratur eodem
Penè, coquitq; dein per cæcos mittit hiatus.
Semen donatur gracilis compagine membri
Gnauius, atque ſimul vomitu præcordia deplet

Caput 48.

Ἀκαλύφη, ἢ κνίδη Græcis: Vrtica Latinis.

SEmen & vrticæ folium per cæca reſoluit
Spiramenta foras qui conficit intima chymum:
Pollet & exactè gracilis compagine membri,
Quamuis exiccet ſuper hæc caleatque, feroci
Nequicquam ſanè diuexat corpora morſu,
Mulcet præterea voluci ſimque reſpergit in auram
Aſthma, nec auxilio fuerit mediocriter vuæ,
Quàm putà diuexat roditque ſceleſta phlogoſis,
Sub iuga tormentum lateris quoque mittit, itemque
Dimouet abſceſſus, nec non inhibere querelas
Traditur eminulæ vuluæ, pacatque malignum
Poſt hæc vlcus, item ſanie taboue madeſcens,
Auxilióque iuuat roſeum qui nare profundit
Imbrem, luxatos etiam ſubducere morti
Fertur, & vrinam menſeſque propellit, & aluum
Nonnihil irritans mouet, atque parotida ſedat,
Phymata depellit ſuper hæc, morſuſque caninos,
Gangrænæque ſimul queſtum, ſpleniſque tumorem,
Et peripneumoniam, ſæuique tyrannida cancri
Mitigat, & panos, nec non craſſamina pellit,
Atque vteri ſuper hæc oſcilla recludit, & implet

Corpo-

Corpora flabellis, acuitq; salacia membra.

Caput 49.

Ἀφάκη Græcis. Aphace Latinis.
Estque A particula (ni fallor) idem pollens quod ἴσορ: iisdem enim cū lente prædita fere est viribus.

CAlfacit (vt referunt) moderatè semen aphaces,
Vberius verò desiccat, idémque redundat
Stypsis energia, stomachi virtute domatur
Ægrè seu coquitur super hæc, alimentáque confert
Prona melancholiæ, manantia flumina sistit
Alui præterea, stomachóque medetur & aluo,
Quam ferale nimis crudeléque rheuma lacessit.

Caput 50.

Ἀτράφαξις Græcis: Atriplex Latinis.
Estque duplex satiua & agrestis.

ATriplici geminæ species tribuuntur, in aruo
Pandit namque comas, vel in almi sedibus horti.
Ordine commemorant vtramque rigare secundo,
Primo nilominus frigere sub ordine tantum,
Nec stypsis genio tamen exornarier aiunt
Illustres medici, per spiramenta resoluit
Cæca sub hæc leuiter. Semen detergit, & aluum
Plus satis irritat, vomitumq; ciendo lacessit
Corpus, & infarctu iecur euoluendo refrænat
Demulcétque simul sceleratam auriginis iram.
Flaccidius madidat, nec non frigescit agrestis,
Quàm quæ luteolo cingit pomaria flore.

Caput 51.

Ἀνωνὶς, ἡ ὀνωνὶς Græcis: Ananis & ononis Latinis.

Sub terno radix calefactat anonidis albo,
Nec non extenuat, tormentáque dentis iniqua,
Colluuiemque simul deformem sordis abercet.
Prolicit urinam cortex, lapidémque refringit,
Præterea crustas diuellit & amouet idem.

Caput 52.

Ανισον Græcis: Anisum Latinis.

Ordine sub terno calefactat & aret auisum,
Dispergitque simul, lotiumque propellit, in ore
Ne cubet hircus idem præstat, neu flamina uentrem
Vexent, neue dolor crudelis membra fatiget.
Excitat hoc etiam tardos acuitque maritos.
Corripit inde fugam super hæc quæ uersat hydrope
Terrifico fessum rabies inuisa bibendi,
Plagáque reptilium. Vuluæq; fluoris inertem
Inuebit usque moram, distendens lacte papillas,
Alui profluuium dein amouet, atque coercet
Rupturam patulas quæ torquet & enecat aures.

Caput 53.

Ασφόδελος Græcis: Asphodelus & hasta regia Lat.

Radix asphodeli calefactat & aret, & arcet
Per cæcos abitus, membri compage tenella
Constat & extergit super hæc, & spasma refrænat,
Atque mamillarum testis phlogosin abercet,
Quinetiam tusses liquidam respergit in auram,
Cogit præterea miseranda fræna subire
Tormentum lateris, mensesque propellit inertes,
Et ciet urinam, niueóque renititur alpho,

Atque iu-

Atque iuuat vomitum, nec non eliminat vlcus
Depascens, velut & quod fœda sorde madescit,
Nec non ablegat tubercula sæua, deinde
Morsura quem tetrico sinuosa volumina torquens
Est molita pecus rictu serpensue nefanda.
Illinc præterea fugiet furunculus atrox.
Ex radice liquor tusus collyrion implet
Vtile cum primis, cohibétque minacia dentis
Auriculæq; simul tormenta, grauémque resarcit
Et leuat auditum super hæc, tabóque fluenti
Subuenit auriculæ, nec non ambusta coercet.
Vlcere terrificum volucres ausertur in auras
Hinc etiam donum glacialis pernio brumæ.
Vberius multo cinis aret & vrit, & arcet
Per cæcas latebras vstæ, membrique tenellæ
Plœnius ornatur compage, glabretáque mulcet
Quîs ob vastitiem toto celeberrima mundo
Vel captis visu posuit vulpecula nomen.

Caput 54.

Ακτὴ Græcis: Sabucus & Sambucus Latinis. Estque duplex, arborescens, quæ cum Græcum La. dicitur nomine generis, & minor, χαμαάκτη Græcebulus Lat.

VTraque compingit visco, siccatq; sabucus,
Atque calefactat, morbosq; repellit eosdem,
Nec non humores per spiramenta resoluit.
Quos molitur atrox lymphatáque vipera morsus,
Hydropémque fugat radix potata. Recludit
Insessu vuluæ spiracula, eámque remollit.
Fructus idem præstat, ne tempora sparsa pruinis
Essent Lysicrati, Pandoris, atque Myroni,

Hic præstare dein potuit. Sed fronde comesta
Phlegma soporiferum, bilisq́, & lympha per alui
Ductus abscedit. Verùm vsta, deinde phlogosin,
Nec non & podagram demulcet, & vlceris antra,
Atque canis plagam folium depellit inunctum.

caput 55.

Ασπάλαθος Græcis: Aspalathus Latinis.

DOtibus ornatur mistis, acrore redundat
Namque, dein stypsis genio vel dote vigescit
Aspalathus, siccat super hæc, & sputa cruenta
Sistit & infrænat cohibetue, nomasque pudendi
Nec non putrorem sedat, fœtusque propellit,
Et ducit lotium, nec non demulcet ozænas.
Quin procul hacce minax inflatio stirpe fugatur.

caput 56.

Ανθυλλὶς Græcis: Anthyllis Latinis.
Estque duplex, vna lenti, altera chamæpitii similis.

ANthyllis leuiter desiccat, & vlcera iungit
Glutine. Donatur gracilis compagine membri
Gnauius, ac tergit, sordemque benignius aufert
Quæ simulat folijs chamæpityn, atque propellit
Vrinamue ciet, renumq́ pathemata lenit,
Et pathos ablegat comitia rumpere suetum.

caput 57.

Ασπλενον, ἢ σκολοπένδριον Græcis: Asplenum, & scolopendrium Latinis.

QVamuis non caleat, gracilis compagine membri
Pollet & instruitur scolopendrion, atque lienes
Et scru-

Et ſcrupos minuit, lotij que moramen abercet,
Singultumque ſimul, nec non auriginis iram.

caput 58.

Ἀστράγαλος Græcis: Aſtragalus Latinis.

Typſios inſtruitur genio, ſiccatq́ viritim
Radix aſtragali, lotiumq́ propellit & aluum
Frænat manantem, fluxuſque cruore reſperſos,
Atque cicatricis dono coniungit & vnit
Vlcera quæ longo iam tempore membra grauarunt.

caput 59.

Αἶρα Græcis: Lolium Latinis.

IN foribus ternæ lolium ſtationis adurit,
Exiccat verò ſub nidi calce ſecundi,
Atque acrore ſimul fœcundius iride pollet,
Quamuis non æquè vigeat compage tenella.
Ne ſit gangrænæ locus efficit, atque lupato
Strumam cogit idem parere, nomamq́ coercet,
Ac lenit fœdo nimium putrore redundans
Vlcus, & iſchiadem profligat, vt exulet oris
Efficit ignotis etiam mentagra, ſalutem
Parturit atque adfert ſuper hæc ſqualentibus ira
Lepræ. Nec verò ſteriles nidore vaporis
Adiuuat obſcurè. Coquit inſuper, atque ſopore
Sternit membra nimis denſo, rapidáque cerebrum
Torquet agens circum vertigine, floris Iacchi
Inſtar, & Ogygio quæ ſpumat amyſtidos imbre
Præterea exercet caput aut ferit, atque vigorem
Luminis obtundit nigra caligine mergens.

Caput 60.

Ἄγρωσις Græcis: Gramen Latinis.

Quod Mauorte potens Germania noſtra profundit
Ordine ſub primo frigeſcit, norma rigandi
Siccandiq; tamen non infima gramen habetur.
At radix obiter deſiccat & alget, & æquè
Segniter inſtruitur membri compage tenella,
Nec verò mordet præclarius, atque cruentum
Glutine committit vulnus, pacatq; tremenda
Tormina, ſed minimè ſolerter, ſegniter arcet
Præterea ſcrupos, lotijque moramina tollit.

Caput 61.

Ἀτρακτιλὶς Græcis: Atractilis Latinis.

Siccat: itemq; calet moderatè atractilis ipſa,
Auxilióque iuuat quem læſit ſcorpius ictu.

Caput 62.

Ἀστὴρ Ἀττικὸς Græcis: Aſter Atticus & inguinalis Lat.

Spargit, nec valdè dein aſter Atticus alget,
Præterea reprimit, nec non deſiccat, & idem
Nilominus minimè ſtypſis virtute vigeſcit,
Prodeſt feruenti ſtomacho, dein inguina tetro
Quaſſa dolore iuuat ſuper hæc, diráque phlogoſi,
Atque tumore ſimul, pacatque phlogoſin ocelli,
Nec non prominulam ſedem compeſcit & arcet.

Caput 63.

Ἄπιος, ἢ ἰσχὰς Græcis: Apios et Iſchas Latinis.

Radix

Radix tota apij vomitu depellit & aluo
Phlegma soporiferum, nocuaeq; tyrannida bilis.
Parsque superna mouet sursum, diuersa per aluum.

caput 64.

Ἀρκεύθις Græcis: Iuniperus Latinis.
Estque duplex, maior & minor.

Frondet iuniperus maiorq; minorq; caletq;
Ordine sub terno siccatque. Tremenda venena
Dedi bruta fugæ suadet nidore vaporis.
Effera viperei tollit contagia rictus,
Et mouet vrinam potata. Calescit eodem
Sub grege bacca, licet desiccet in ordine primo, &
Tormina profligat, tussimque repellit, & arcet
Thoracisque leuat morbos, & dira venena,
Nec non hysterica quæstum, lotijque moramen,
Rupturámque simul, nec non & spasma repellit.

caput 65.

Ἀσπάραγος Græcis Asparagus Latinis. Estque duplex, hortensis, & paluestris seu syluestris.

Vestit Lampsaceni pomaria culta, vel arua
Senta petris ægrum sinui caput indere matris
Asparagus cupiens. Gnomon existit in æstu
Atque gelu, nec non detergit ab vlcere sordes.
Radix & semen tollit cruciamina lumbi,
Nec non ictericum, lotijque moramen, & ore
Quos effrænato scelerata phalangia morsus
Vel plagas dederint, renumque pathema, minaxq;
Tormentum dentis: nec non euoluit & hepar

Infarctu & renes. Hortenſem vincit agreſtis.

Caput 66.

Ασκλήπιας Græcis: Aſclepías Latínis.

CAlfacit (vt medici referunt) aſclepias, aret
Inſuper, & tenera membri compage redundat.
Radix haud obiter membris agit atra venena,
Quinetiam dirum quæ ſibila colla tumeſcit,
Nec non in denſos tractu ſe colligit orbes
Morſum ſerpentis leuat, extunditque ſalutem
Quos rabioſa fero canis ore petiuit, hydropem
Tollit præterea, miſerandáque tormina ſedat,
Et quæ grumoſo turgeſcunt lacte mamillis
Competit & prodeſt, menſeſque propellit inertes.
Vlcera deterget folium quæ ſorde redundant,
Atque cicatricis dono coniungit, & aufert
Vlcera per crebros Thymbrææ lampadis orbes
Quæ diuexarunt (cacoethe dico) papillas,
Et genitale ſolum. Nec ſpe lactatur inani,
Rupturam cupiens, & ab alto hinc demere caſum.

Caput 67.

Αμυγδαλῆ Græcis: Amygdalus Latinis.
Eſtq; duplex, vna amaras, altera dulces nuces profert.

PHyllis amara cuti maculas euellit, & arcet
Ex thorace ſimul craſſamina lenta ſcreatu
Acriter, ac terget, nec non euoluit & omne
Infarctu viſcus: dein aret, itemque caleſcit,
Prolicit hinc adeò lotium, menſeſque morantes,
Atque canis morſum placat, capitiſque ardores
Pellit, & hepaticos iuuat, atque herpeta coercet,
Atque dy-

Atque dyſenteriæ, ſcrupo, tußiq; medetur,
Et vitijs renum, lateriſque doloribus obſtat,
Nec non iſchiados tormenta, deinde lienis
Amouet, atque coli tormenta ferocia lenit,
Et peripneumoniæ queſtus: & feſſa ſuaui
Membra ſopore rigat, nec non epinyctides aufert,
Quin nec Eleutheris caput hinc tentauerit imber.
Hæc eadem fructus præſtare feruntur amari.
Sed prorſus leuiter dulces ornantur iiſdem
Viribus, atque calent ſiccantque ſupinius illis.

Caput 68.

Ἀμμωνιακὸν Græcis: Ammoniacum Latinis.

Ammoniacum generosè mollit, idemque
Calfacit, atque foras per cæcos mittit hiatus,
Deintrahit, & panos infrænat, & aſthma, lienemq;
Eminuit, lumbi ſuper hæc tormenta coercet,
Atque cruore madens lotium, fœtuſque propellit,
Aluum præterea ciet, ac leucomata ſedat,
Scabritiemque genæ, & magnum, toſoſq; refrænat
Articuli, feßis etiam ſuccurrit, & hepar
Mollit prædurum ſplenemq;, arthritida mulcet
Inſuper, & ſtrumas demit, podagræq; medetur.

Caput 69.

Ἀμόργη Græcis: Amurca Latinis.

Ordine ſub bino calefactat & aret amurca
Valdè ſolerter, nec non & vulnera ſicci
Corporis amandat, carioſos inde reuellit
Dentes, ac horum tormenta ferocia lenit,

Ac hy-

Ac hydropa, dein podagram, neruique dolores.

Caput 70.

Ανεμωνη Græcis: Anemone Latinis.

ATtrahit, ac terget, nec non oſcilla recludit
Vaſorum ſuper hæc anemone. Extuſa cerebrum
Purgat lympha. Ciunt menſes, & lacte papillam
Diſtendunt caulis foliumque, lepráſque coerceat.
At verò radix ignauum phlegma propellit,
Atque cicatrices oculi fugat, atque phlogoſin,
Vlcus præterea terget quod ſorde madeſcit.
Verterat Hippotades crudeliter æquora Nili,
Verterat albentem ructans in littora fluctum,
Vt campos Schediæ, mollis dumeta Canopi,
Nauicratioſque lares Acheloa inuolueret vnda.
Quod cum Sydereæ conſpexit molis ab arce,
Torua ſupercilio Lagides capit ora minaci,
Nec ſecus atque fretum colaphis & verbere multo
Barbarus Hellæum feriebat, Gnoſia poſcit
Spicula, quæ fluuij præruptum libret in agmen.
Iuſſa miniſtrorum longißimus ordo faceßit:
At mora cuncta diem ſuperare videtur Erinnij
Accenſo. Nactus iaculum, detorquet in vndæ
Spumantis medium, quà tum Cenchreius heros
Fortè vehebatur triiugis, horrenda procellæ
Robora ſufficiens. Vbi vulnus cœpit ab ictu
Ennoſygæus atrox, non has impunè profectò
Inſidias, largam pendes mihi ſubdole pœnam.
Talia voce refert, ſimul afflat & aera ſucco,
Qui caput inceſſat dirum, ſpolietque videndi
Munere, craßiolo. Bini poſt tempora luſtri
Quo vitam cæcus iam traxerat, ora deorum

Fatidi-

Fatidicáſque petit ſortes qua lumen ocelli
Detur habere via. Cui dant reſponſa colubris
Et rabie tumidi vates, & pectus anheli:
Regna capeſſe modò Panchaia, certa ſalutis
Hinc via pandetur, ne nutes. Contulit ergò
Maxima cœlitibus ſoteria, compos vt eſſe
Cœperat, atque reus voti: ſed & inde valebat
Luminis ignaui tetricas abolere tenebras.

caput 71.

Βάτος Græcis: Rubus Latinis.

GErmen, floſque rubi, foliumque, deinde corymbus,
Nec non & radix aſtringunt: limite verò
Nilominus minimè tenui reſecarier aiunt:
Vtpote cum germen, foliumque quod arua recenter
Spargere iam cœpit, nec non & plœna corymbus
Tempora iam nactus præſtent obſcurius illud:
At verò radix, flos, immaturáque fraga
Largius exhibeant, multóque impenſius iſtis
Nec non vberius. Folium germenque refrænat
Vlcera quæ miſero poſuere cubilia in ore.
Vulnera committit ſuper hæc quoſcunque per artus
Glutine, præterea delinit achoras, ocelli
Prolapſum, & cordis ſtomachiq; doloribus obſtat,
Herpetiq; ſimul, & condylomatis æſtro
Subuenit. At verò roſeis madidantia guttis
Sputa leuant flores, immaturuſq; racemus,
Atque dyſenteriæ queſtus, alŭique fluorem.
Quinetiam radix ornatur parte tenella,
Quo lapidis renum præcidit nomine techna.

Caput

Caput 72.

Βαλλωτὸν, ἢ πράσιον μέλαν Græcis: Marrubium & prasium nigrum & fœtidum Latinis.

IN frontiſpicio ternæ ſtationis adurit
Marrubium nigrum, at ſub eadem claſſe viritim
Siccat, & abſterget, nec non lamenta canini
Morſus ablegat, viduatq; nefaria tabo
Vlcera, & auxilium fert condylomatis æſtro.

Caput 73.

Βήχιον Græcis: Tuſsilago Latinis.

QVòd deſiccatum folium depellere tuſsim
Nec non aſthma queat, vocitatum bechion eſſe
Conſtat, & abſceſſus rumpit thoraca prementes
Illud idem folium radixq;. Sed amouet ignem
Verò quod viridat ſacrum, tetramq; phlogoſin.

caput 74.

Βλέφαλμος Græcis: Buphthalmus Latinis.

FLore chamæmeli præclarius vrit, & arcet
Per cœcas latebras, nec non acrore redundat
Flos qui buphthalmum niueo velamine pingit:
Hinc œdema leuat, dirumq; auriginis æſtrum,
Nec non duritiæ conamina frangit iniqua.

caput 75.

Vt bellis vel bellius fuerit appellata Græ. in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

CAlfacit & ſiccat bellis, podagramq; coercet,
Nec non & ſtrumam, pareſin, cruciamina lumbi,

Ruptu-

Rupturamq́ simul capitis demulcet, & arcet
Vulnera quis thorax obtunditur atque fathiſcit.

caput 76.

Βράϐυς Græcis: Sabina Latinis.

ORdine ſub terno ſiccatq́ caletq́ ſabina,
Cum primis etiam gracili compagine pollet:
Et per cæca fugat nocuum ſpiracula chymum.
Vulnera quæ tabo fluitant & putrida ſopit,
Et nigra, præſertim quæ longo tempore membra
Iam diu exarunt folium, menſeſque propellit,
Nec non per lotium deducit ſanguinis imbrem,
Quin partus etiam ſpoliatos ætheris aura
Detrahit ex vtero, ſed priuat lumine viuos,
Atque nomam tollit, necnon crudele venenum.

caput 77.

Βούγλωσσον Græ. Bugloſſum, lingua bubula & bouis Latinis.

PRolicit vrinam bugloſſon, idemq́ caleſcit
Et ſiccat, veluti chorus inquit doctus iatrων.
Si macerere, velut lachrymoſa poemata Puppi
Nocte diéque legens, nec non mergare neſaſtis
Curarum nebulis, hominum veſtigia vitans
Inſtar Nyctimenes, aut Bellerophontis Alæi,
Frigida mœroris fomenta reliqueris inde.
Summouet abſceſſus etiam, lamentáque tuſſis
Quam nimium rigidæ dederint aſpredine fauces,
Quin ſitis hoc etiam commercia ſæua propulſat.

Caput

Caput 78.

Vt cum Græ.tũ Lat.appellata fuerit veronica officinis medicorũ dicta,in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

CAlfacit & ſiccat veronica,fugátque tumores,
Eripit infarctu iecur inſuper atque lienem,
Vulnera propulſat ſuper hæc reſperſa cruore,
Quæq; diu corpus laniarunt,atque medetur
Pſoræ cum vitio cutis omni,tabis abercet
Ac peſtis fremitum ſuper hæc,elephantáque tollit.

Caput 79.

Βίκιον Græcis:Vicia Latinis.

ATſemen viciæ par eſſe refertur aphaces.

Caput 80.

Βλῖτον,Ἕλίτον ἢ Ἕλίτος Græcis:Bletum,blitum, & blitus Latinis.

HVmectat bino frigetq; ſub ordine blitus,
Aluum ducit item,ſed atrocia tormina conflat,
Quinetiam vomitu denſo præcordia deplet.

caput 81.

Βουνιὰς Græcis:Bunias & napus Latinis.

BVnias & rapum decorantur viribus iiſdem.

Caput 82.

Βολβὸς Græcis:Bulbus Latinis.

SIccat,& abſtergit,nec non & glutine bulbus
Vnit,& ignauos acuit lentoſque maritos,

Præſtat

Præſtat & infauſto ne nutet vita podagræ
Queſtu, neu ſtomachi tormento extrema ſequaris
Præcipiti curſu, neu viſcera ſorbeat hydrops,
Amandatq; ſimul fera ſugillata, medetur
Ruptis & fractis, & achores pellit & aufert.
Quinetiam prodeſt varo, nimiumq; ruenti
Nymbo furfureæ nubis, maculáſque repellit
Omnes, quæ faciem viuo fraudantur honore,
Obtineáſque facit penetralia dia ſalutis,
Quem gangræna vorat nimium, lucémque moratur
A cane ſub vigili morſis cuſtode penatum,
Articulóſque iuuat. Sudor procul inde faceſſit
Inſuper, hinc luxæ parti ſolamina ſperes.

Caput 83.

Βότρυς Græcis: Botrys Latinis.

Calfacit & ſiccat botrys, aſthmáque tollere fertur.

Caput 84.

Vt barba capri cum Græ. tum Lat. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

Verùm barba capri quam dant vmbracula ſyluæ
Calfacit & ſiccat: tum verò dote viritim
Pollet amaroris: nec non incidere fertur,
Quinetiam abſtergit, magnumq; refrænat, & effert
Ex thorace pigros, nec non pulmone liquores,
Atque ciet menſes remorantes, atque tumori,
Cuius phlegma dedit ſocors primordia, confert.

Caput 85.

Vt cum Græ. tum Lat. blattaria fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

Cum dicta genio blattaria pollet eodem.

Caput

caput 86.

Βρῶμος Græcis: Auena Latinis.

VT medicamentum frigescit & aret auena,
Præterea sparsa leuiter, stypsisq; vigore
Segniter instruitur, nec tentat corpora morsu,
Et leuat obscurè tusses, aluiq; fluenta.

caput 87.

Vt balsamine, quam nonnulli duo facientes genera marem appellãt, cum Græ. tum Lat. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

BAlsamines folium committit glutine vulnus,
Quod minimè longo iam tempore membra grauauit.
Sed tormenta coli cinis amquet, atque propulsat,
Emollitq; simul vesanam torminis iram,
Vulnera præterea quibus intestina premuntur
Sopit & ablegat. Cruciamina porrò coercet
Et mulcet fructus oleum, diramq; phlogosin,
Atque ambusta simul placat, sterilique medetur,
Atque cicatrices & nerui vulnera tollit,
Punctura sq;, dein puerorum ramicis iram.

caput 88.

Βατραχίον Græcis: Ranunculus Latinis.

CVnctum batrachij generum violenter inarent,
Atq; calent omnes partes. Hinc membra scelesto
Vlcere commaculat folium, cauliq; tenellus,
Affricat binc etiam crustarum tœdia ijsdem:
Sed non tam lædit, quin commoda multa ministret:

Nil pa-

Nil pater altitonans fabricatur nempe ſub alto
Æthere, quin lepidos perbellè cedat in vſus.
Vngues ergò fugat ſcabros, pſoramq; repellit,
Nec non ſtigma, dein cui totum nota per orbem
Vel captis viſu poſuit vulpecula nomen
Pacat glabretum, nec non acrochordones aufert.
Nec radice minus rabies ne dentis amara
Perſtet conficitur. Sternutamenta ciere
Fert animus? Voti potes hinc euadere compos.

caput 89.

Ἐρύσιμον Græc. recentioribus: lupus ſalictarius & lupulus Latinis.

Dimouet abſceſſum lupulus, proritat & aluo
Phlegmaſoporiferum, nocuæq; tyrannida bilis
Vtriuſque, dein guſtu decoratur amaro,
Calfacit & ſiccat ſuper hæc in corte ſecunda,
Quinetiam infarctu iecur eximit atque lienes,
Vindicat auriculam ſuper hæc ab odore Geloi.

Caput 90.

Βάλανος μυρεψικὴ Græcis: Glans vnguentaria Latinis.

Terget, & incidit, reſerat: ſtypſiſq; vigore
Seu genio leuiter glans vnguentaria pollet:
Expurgátque iecur ſplenémque, deinde propellit
Phlegma per anfractus alui, vomitumq;, deinde
Flamina ſeu flatus inhibet, colon adde minacem,
Nec non auriculæ tormenta ſonóſque refrænat,
Auditumq; grauem ſarcit, ſpaſmóque medetur,
Nec non & pareſi confert, minuitq; lienes.

Quin iecur edurum mollit, podagræq; resistit,
Strumas præterea varósque coercet, & alphos
Exterit, atque lepram scabiémque repellit, achoras
Insuper amandat, nec non à sole profectos
Næuos diuellit, pruritus deinde coercet,
Exanthema simul, cutis adde pathemata cuncta.
At verò in potu stomacho dispendia conflat.
Stypsis energia cortex maiore superbit.
Porrò myrobalani siccant sub corte secunda,
Ordine frigentes primo, ventrémque, iecurq;
Nec non cor, stomachum super hæc munimine firmant,
Et magis exusti, lotiq;, & odore suaui
Præterea aspergunt corpus, sistuntq; cruenta
Sputa, dein sedis venas quæ sanguine manant,
Nec non ventriculum purgare caputque feruntur:
Sed pariunt infarctum, ergo hunc tollentia iunge:
Bilem flauus agit flauam, bilémque restinguit:
At niger educit bilem nigredine tristem,
Præterea senium remoratur, itémque tremorem
Dimouet, atque febrim quæ quarta luce recurrit,
Et mulcet lepram, corpusq; nitore venustat.
Si varijs vltro curis agitere citróque,
Frigida curarum fomenta reliqueris illinc
Insuper. Est cepulus, nec non beletzicus (addas
His empeliticum) pituitam ducit inertem,
Cocturaq; iuuat, fastidia tetra ciborum
Dimouet, ac sistit vomitum, longisq; medetur
Febribus, & reprimit nebulas caligine mersi
Luminis, atque aciem refocillat mentis, hydropa
Nec non cardiacen super hæc lenire refertur.

Caput

Caput 91.

Βαλάυσιον Græcis: Balauſtium Latinis.

Typſios inſtruitur præſtatue balauſtion amplo
Munere, præterea vehementer ſiccat & alget,
Nec tamen inſano diuexat corpora morſu,
Ornaturque ſimul craſſa compagine membri,
Quinetiam vuluæ fluxus aluiq; coercet,
Atque dyſenteriam, ſputumq; cruore madeſcens,
Atque cicatricis connectit munere quæuis
Vlcera, quæ vexant vrgentq; tyrannide corpus.

Caput 92.

Βαλσαμον Græcis: Balſamum Latinis.

Bâlſama cum ſtacte genio decorantur eodem.

Caput 93.

Βδέλλιον Græcis: Bdellium Latinis.

Bdellion emollit, ſiccatque, trahitque morantes
Fœtus, & lotium, ſcrupóſque refringit, & auſert
Duritiem, reſerat ſuper hæc ſpiracula vuluæ.
Rupturámque, dein lateris tormenta, tumorem
Gutturis, & ſtabri diſcurſum, atróque veneno
Fœtæ ſerpentis morſum, tuſſimq; coercet,
Spaſmáque, tum verò madidantis ramicis iram.

caput 94.

Γεντιανὴ Græcis: Gentiana Latinis.

Sed radix herbæ cui nomen commodat orbis
Gentius Illyrici moderator & arbiter vrit

Ordine ſub terno, ſed ſiccat corte ſecunda,
Cum primis etiam ſecat, & depurgat, & aufert
Colluuiem ſordis, quin emolirier æquè
Corpus ab infarctu, liquidò conſtare refertur,
Fœtus, ac lotium ſuper hæc menſeſq; propellit,
Atque iuuat caſus, rupturam, ſpaſma, dolorem
Qui latus exercet, viroſum denique morſum.
Hac etiam frœnis helmynthum ſtirpe ſolutis
Liber abire vales pota, iecoriſq; vigorem
Nec non & ſtomachi refricare. Sed illita vulnus
Dimouet, atque alphos, oculiq; phlogoſios iram.

caput 95.

Γλυκυσίδη, ἢ Παιωνία Græcis: Pæonia Latinis.

RAdix pæoniæ langueſcit munere ſtypſis,
Et calet obſcurè, multò profuſius autem
Siccat, amaroris genio torpeſcit, & acri
Flaccet energia ſuper hæc, compage tenelli
Præterea membri donatur, & eruit hepar
Seu iecur infarctu, renéſque, deinde lienes,
Atque dyarrhœan cohibet, menſeſque propellit.
Inde etiam quaſſos fas eſt ſubducere ſæuo
Renes tormento, ne ventris adire laborem
Compellare miſer poſthac, ſpes inde fouenda eſt,
Nec non inde ſalus tuto placidiſſima portu
Excipiet quaſſum fremitu rabiéque dolorum
Veſicæ, fractum ſuper hæc auriginis ira,
Quin animo ſedeat fixum immotumq; leuari
Morbos inde ſimul comitia rumpere ſuetos.
Non ludes operam ſtudiumq; fouebis inane,
Si tetricis vteri ſæuiſq; doloribus ægra

Quod

Quod nigricat grano tormenta ſceleſta domare
Gnauiter incumbas. Melius confidere rebus
Hinc datur afflictis etiam cui torua minatur
Hyſtericæ rabies Cocyti regna profundi,
Hincq; tenere queas iter ad peramœna ſalutis
Regna, cui trahier ſomnum per phaſmata ſuadet
Incubo, perq; nimis ludibria ſubdola cogit.
Verùm flammeoli referens velamina granum
Maturare fugam roſeo fulgore micantes
Impellit fluxus veteri, frænátque capiſtro.
Roſio, dein lapidis puerorum ſemina curſum
Siſtunt inde, ſimul vertunt veſtigia retrò,
Quique tenet ſtomachum laniatq; tyrannide morbus.

Caput 96.

Γεράνιον Græcis: Geranium Latinis.

AT non eſt promptum numerare geranía cuncta:
Graiugenis geminæ ſpecies ſtatuuntur, & harum
Primæ dulceſcit radix, vterique propulſat
Inflatus Bacchi cum munere pota: ſecundæ
Siccat, & aſtringit, nec non ſyringa coercet
Gnauiter, ac pulchrè committit glutine vulnus.

caput 97.

Γλάυκιον Græcis: Glaucium Latinis.

GLaucion aſtringit, nec non frigeſcit, idemq;
Pacat eryſipelas, quod nondum ſæuit abundè,
Quin calidos etiam morbos infrænat ocelli.

Caput 98.

Γλαύξ Græcis: Glaux Latinis.

Glaux madet atque calet, distendens lacte mamillã.

Caput 99.

Γναφάλιον Græcis: Gnaphalium & tomentalis Lat.

Stirps quæ tomentum vulgi complere sueuit
Stypsis energia mediocri præstat, & aret,
Atque dysenteriæ furias lenire refertur.

caput 100.

Γογγύλιον, γογγυλὶς Græcis: Rapum Latinis.

Calfacit (vt perhibent) rapum sub classe secunda,
Quamuis humectet duntaxat in ordine primo.
Vt non insidijs tetrici capiare veneni
Semen præstabit, nec non vt corpora segnis
Ilicet in Venerem torpentia soluere poscas,
Vtpote cum largo distendat flamine membra.
Radix impensè nutrit, stomachóque domatur
Ægrè vel coquitur, alimentum crassius æquo
Præterea confert, distendens flamine membra,
Fundamenq́ iacit tetricæ commanſa podagræ,
Nec non infarctu iecur impedit, atque medetur
Inde fathiscenti Veneri, genitalia conflans
Semina, quinetiam stomachum tentare refertur.
Si mittat miseros in aperta pericula vitæ
Torua podagra, fero licet hac superesse dolori
Membris imposita sæuo cruciamine fractis.
Hinc suspendit iter super hæc & pernio dirus.

Caput

Caput 101.

Γλυκυῤῥιζα Græcis: Glycyrrhiza & radix dulcis Lat.

CAlfacit vnda parum fœliciter, atque madefcit
Tuſa glycyrrhizæ, ſtomachiq; reſtringuit et arcet
Feruorem nimium, vulnuſq; domare refertur,
Nec non ſcabritiem ſalebroſi tramitis aufert,
Veſicæq; dein thoracis & hepatis iræ
Subuenit, & morbis renum, ſitis adde querelam.

caput 102.

Γάλα Græcis: Lac Latinis.

LAc non expoſitum vitijs alimenta miniſtrat
Larga, probos gignit liquores, atque maritos
Concitat in Venerem, ſalebroſi tramitis aufert
Præterea ſalebras, tuſſiq; medetur, & auget
Corpus, & illuſtrat iucundo membra colore,
Nec non profligat maciem, flabelláque gignit,
Sugillata fugat ſuper hæc, acréſque repellit
Fluxus, atque datur quos hectica febris adurit,
Et quæuis longo quæ tempore membra grauauit,
Et quorum ſtomachus liquore tenetur iniquo
Parcius, atque datur dictis à bile flagranti:
Detrimenta parit verò quos phlegma, lapillus,
Et tormenta tenent capitis, ſpaſmique querela,
Nec non infarctus, ophthalmia, febris acutæ
Feruor, itémque pathos comitia rumpere ſuetum,
Præterea pareſi, nec non vertigine quaßis.
Lac muliebre, modò tenuem ſit lapſa per auram
Portio magna ſeri tremulum decerpta per ignem,
Delinit morſus acres, pacátque phlogoſin

Oris, & antiadas, nec non eliminat vlcus
Vuluæ, sedis, item quod membra virilia tentat,
Et confert tabi, leporisque per æquora sæua
Degentis phialæ mistum crudele venenum,
Cantharidasque simul, nec non aconita refrænat.
Nec leuiter quoduis aliud bonitate refertur
Vincere, caprinum laudes auferre secundas
Dicitur, binc ouium subit insuper, inde bouillum,
Postremas aufert quod panda ministrat asella.
Tempore ab hinc pauco quem iuncea fiscina fudit
Caseus haud ægrè stomachi virtute domatur,
Quinetiam cunctos haud ægrè fertur in artus,
Nec lædit stomachum, fluxumq; supinius æquo
Alui proritat, dein pabula ritè ministrat:
Sed vetus infarctu iecur impedit, atque lapillos
Inuehit, atque coli cumulat tormenta, deinde
Contrahit humorem bilis nigricantis, & ægrè
Deditur in corpus, stomachiq; vigore domatur,
Moliturq; sitim, manantia flumina sistit
Alui præterea, nec non ardore liquorem
Succendit roseum, stomacho dispendia conflans.
Porrò serum terget, nec rodit corpora morsu,
Et per cæca fugat nocuum spiracula chymum,
Proritatq; aluum, fugillatisque medetur.
Sed butyrum leuiter per spiramenta resoluit
Cæca fugatque simul iactantes intima chymos,
Inciditque simul, nec non maturat, idémque
Mollit durities veteri, lenitque phlogosin,
Atque venena simul, gingiuarumque repellit
Sæuos pruritus, mulcétque parotidos iram,
Nec non depellit bubona, iuuatque screatum
Ex thorace, dein lateris tormenta coercet,

Atque ar-

Atque dysenteriæ furias delinit, & alphos,
Confert præterea quos aspis dente petiuit.

Caput 103.

Γαλιόψις Græcis: Galiopsis & vrtica fœtida Latinis.

Marcet, & extenuat, nec non per cœca resoluit
Spiramenta simul galiopsis: amarce haberi
Cogit id haud dubiè pro certo. Caulis & imber
Extusus, folium, semenque parotides arcent.
Hinć reportantur victricis præmia palmæ
Quos putredo tenet, vel carcinoma laceßit,
Hincque tenere datur cursus ad regna salutis
Quos gangræna vorat, requies quoque certa nomarum
Quæratur stimulo super hæc languentibus inde,
Nec non inde datur cæli conuexa tueri
Quos agitant strumæ, victoria vertitur inde
Præterea fractis pano, duróque tumore.

Caput 104.

Γάλιον Græcis: Galium Latinis.

NOn adeò bellè galium virtute superbit
Acri, præterea desiccat. Flore iuuantur
Membra deusta rogo, & manantia flumina sistit
Sanguinis. At radix Venerem stimulare refertur.

caput 105.

Γιγγίδιον Græcis: Gingidium Latinis.

CAlfacit obscurè: siccatque sub ordine bino
Gingidium, astringit super hæc solerter, idemq́

Pollet amaroris genio, sufflamina tardi
Laxat præterea lotij, stomachumque refulcit.

Caput 106.

Genista est congeneris spartio Dioscoridis.

ORdine sub bino siccátque calétque genista,
Ceu docet insignis quo præstat amaror, & aufert
Per cæcas latebras qui sæuit in intima chymum,
Nec non extenuat, quin & de more nitentis
Ellebori tollit uesanum phlegma, dolores
Amouet Ischiados, lapides quoscunque, podagram,
Nec non anginæ questum, reliquosque tumores,
Vrinámque ciet, strigmentáque picta cruore.

Caput 107.

Γλήχων Græ. Pulegiũ, vel potius puleiũ & puleum Lat.

DVplex puleium mas ac fœmella rubore
Tingitur, emarcétque calétque sub ordine terno,
Nec non egregiè coquit, ac incidit. In hausţu
Menses, & partum ducit, resídésque secundas,
Atque nigram bilem, dein ex thorace liquores
Et pulmone simul lentósque pigrósque screatu.
Spasmata quem torquent, uel plaga scelesta ueneno,
Quem stomachi morsus uexant, & nausea uoluit,
Hinc operam minimè locat aut insumit inanem.
Naribus obijciens rabie defungitur illinc
Defectus animi. Sed inungens pacat & aufert
Varos, & podagram, pruritus, atque phlogosin,
Et morbum splenis. Sed enim quam inflatio uuluæ,
Duritiésque simul diuexat, quamque lacessit

Vulua

Vulua reflexa, salus inseſſu venerit illinc.

Caput 108.

Δάφνη Ἀλεξανδρεία ἢ ἰδαία Græcis: Laurus Alexandræa & Idæa Latinis.

Laurus Pellæi iuuenis quæ tempora cinxit
Calfacit & siccat, lotium menſéſque propellens.
Serius Ignigenæ mater crudelibus vmbris
Occubuiſſet, item Caij Claudilla, ſub horam
Si partus illac ſubitò radice fuiſſet
Vſa, nec infauſto crudeles omine tædas
Iulia Pompeij manes tetuliſſet ad imos.

Caput 109.

Δαφνοειδής Græcis: Daphnoides & Laureola Latinis.

Daphnoides ſiccátque calétque viriliter, aluo
Phlegma ſoporiferum dein exigit, atque propellit
Menſes, atque ciet vomitus, deplétque cerebrum:
Lauro Pellæi iuuenis quæ tempora cinxit
Eſſe Galenus ait par, atque mederier iiſdem.

Caput 110.

Δρακόντιον Græcis: Dracunculus Latinis.

Calfacit & siccat, tergétque dracunculus, atque
Pollet amaroris genio, decoratur hic idem
Dotibus acroris, dein viſcera cuncta repurgat,
Segniter aſtringit ſuper hæc, & parte tenella
Seu compage valet cumulatè. Rupta, catarrhum,
Tuſſim, ſpaſma, dein nubem, caliginis vmbram,
Et leucoma ſimul demit, partuſq; morantes:
Et ſyringa iuuat radix, alphiſq; medetur,

Necnon

Nec non auriculæ ſopit tormenta, fugátque
Vlcera quæ ſpirant phagedænas, atque maligna.
Ite procul vittæ graciles inſigne pudoris,
Ite procul teneras quarum tegit inſtita ſuras,
Ite procul, ſiquidem hæc Veneris diludia tollit:
At cui lectus adeſt medio genialis in aulæ,
Nec par eſt Veneris bigaſque iugumque tenere,
Huc ſit vt effugiat triſtes amaryllidos iras.
An non Mygdoniæ laniarint Orpheа matres?
Vtputa Romulidum genitricis dona maritis
Hunc vetuiſſe ratæ. Medium nil fœmina nouit.
Haud impunè quidem: Bacchi nam vate ſacrorum
Sub chaos ac tetrici loca nocte ſilentia pulſo
Regni, nec mirum, liber tumet ora canentis
Inſtar Hyagnææ Phrygiæq; foramine buxi,
Gorgoneóque ſimul flagraſcit ſæuius angue
Lumina, concutiens vndantia labra niuali
Rore, capillitium celſas erectus in auras.
Protinus irarum ſtimulis agitatus, acerbi
Funeris authores igitur perſoluere dignas
(Iuſtitiam colito) pœnas compellit & vrget
Corticis arborei condens velamine corpus.

Caput III.

Ἄνηθον Græcis: Labrum & carduus Veneris Latinis.

AT labrum Veneris deſiccat in ordine terno,
Præterea confert verrucis, atque patentem
Delinit ſedis rimam, ſyringáque tollit.

Caput IIII.

Δαῦκος Græcis: Daucus Latinis.

Calfacit

CAlfacit eximiè, ſiccatque viriliter omnis
Dauci ſemen, item per cœcos mittit hiatus,
Eximiéque ſimul partus depromit inertes,
Atque ciet menſes, lotium, reſideſq; ſecundas,
Nec non ambages animosè ſyrmáque tuſsis,
Et quos tetra ferunt & dira phalangia morſus
Aut plagas abigit, miſerandáque tormina ſedat.

caput 113.

Δάφνη Græcis: Laurus Latinis.

CAlfacit & ſiccat cum primis, atque ſuperbit
Acroris genio folium laurique corymbus,
Menſes præterea ciet, atque morantia ducit
A partu. Cortex radicis calfacit, acri
Præterea pollet genio dilutius illis:
Pollet amaroris virtute profuſius autem,
Nec nihil aſtringit, ferturque domare lapillos,
Hepar præterea lapſum munimine fulcit

caput 114.

Vt digitalis cum Græc. tum Lat. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

HAudquaquam leuiter digitalis præſtat amaro
Guſtu, præterea calefactat & aret, & arcet
Colluuiem ſordis, necnon incidit, & aufert
Pus thoraca tenens, menſeſque propellit inertes,
Et leuat infarctu, longis ambagibus vltrà
Ne te quàm ſatis eſt videar ſtuduiſſe morari
Lector, energia parili vel dote redundat
Fermè cum planta, cui nomen præbuit olim

Ge-

Gentius Illyrici moderator & arbiter orbis.

Caput 115.

Δορύκνιον Græcis: Dorycnium Latinis.

Mandragoræ præstat virtute dorycnion atrox:
Sin ergo leuiter sumatur, membra sopore
Sternit: at vbertim, Stygias transmittit ad vndas.

Caput 116.

Δρυοπτερίς Græcis: Dryopteris & filix querna Latinis.

Verùm querna filix gustu decoratur amaro,
Dulcorisq; simul virtute superbit, & acri,
Nec non putrorem cumulat, flabellaque gignit.

Caput 117.

Διφρυγες Græcis: Diphryges Latinis.

At diphryges valdè desiccat, itemq; superbit
Stypsis energia, nec non acrore redundat,
Colluuiem sordis super hæc, herpetaque tollit,
Alui præterea, membriq; virilis, & oris
Vlcera, quæq; vocant peruersa malignaue dono
Ritè cicatricis coniungit, & arcet biulcæ
Molem carnis, item volucres diffundit in auras
Abscessum: sed enim diuexat corpora morsu.

Caput 118.

Δρῦς Græcis: Quercus Latinis.

Quælibet exiccat pars quercus, atque teporem
Obtinet, ac vulnus committit glutine, stypsis

Orna-

Ornatur genio ſuper hæc, profuſius autem
Quæ lignum dirimit, tunicámque ſubuculá ſummam,
Quæque ſecat nuclei corpus glandiſque putamen.
Non igitur dubitent illi committere vitam
Quas vteri cogunt fluxus incumbere fato.
Suppetit hinc etiam pellendi copia fluxus
Alui, quin greſſum reuocant hinc ſputa liquore
Tincta nimis roſeo, quin inteſtina cruenta
Cœliacéque ſimul tenuem hinc labuntur in auram.
Glans eadem præſtat folio, capitique dolores
Inuehit, atque ciet lotium, gignitque ſtabella,
Et rapit in Venerem ſegnes tardóſque maritos,
Ægrè præterea ſtomachi virtute domatur,
Colligit & crudos humores, atque viritim
Nutrit, & emanat per ſedem tardius æquo.
Ne tacitas Erebi ſedes & pallida regna
Perſephones adeas conſumptus vulnere ſæuo
Bellua quod dederit flammantia lumina vibrans,
Et per humum rapiens inſana volumina, quæras
Inde patrocinium, ſiquidem natura ſalutis
Inde oſtendit iter, ſupero & ne cedat ab orbe
Qui miſtum phialis imprudens toxicon hauſit
Spes inde ampla datur, nec ſpe lactatur inani
Durities illinc peruerſáque tollere nixus
Vlcera, vel mitem cupiens mulcere phlogoſin.

Caput 119.

Δίκταμνος Græcis: Dictamnus Latinis.

PArte viget gracili magis, & compage tenella
Conſtat puleio dictamnus, parq; refertur
In reliquis, eadem putà cum lamenta refrænet.

Caput

caput 120.

Επτάφυλλον Græcis: Septifolium Latinis.

VErùm planta cui ſeptem dant nomina frondes
Calfacit obſcurè, ſiccatque ſub ordine terno.
Durities abigit, nec non herpeta, tumorem,
Strumas, & roſeo madidantia flumina nymbo,
Atque dyſenteriam, viruſque tyrannida radix.

caput 121.

Εβενος Græcis: Ebenus Latinis.

PArtibus eſt teneris ebenus, calefactat, itemque
Terget, & antiquos fluxus depellit, & aufert
Vlcera quæ longo iam tempore membra grauarunt,
Obſeptoſque ſimul caligine demit ocellos,
Et quæ Cecropidum vocitantur phlyctides ore.

caput 122.

Ελαία Græcis: Olea Latinis.

SVnt duplices oleæ, pomaria namque vel agros
Veſtit & exornat. Folium ſylueſtris itemque
Germen frigeſcit, ſtypſiſque vigore redundat,
Et fluxus vteri, nec non madidantia nymbo
Fumina ſanguineo ſiſtit, ſtaphylomaq; tollit,
Nec non herpetas, epinyctides, atque tumores
Vnguiculi, ac ſacros ignes, anthraca, nomamque,
Cœliacen, aures tabo vel purè madentes
Vlceribuſque ſimul, panóſque repellit, & aphthas,
Phlyctænaſque ſimul remouet, tollitq; phlogoſin:
Atque cutem vulſam capitis coniungere fertur
Glutine, præterea cruſtas emarginat, vlcus

Sordi-

Sordidulum tergit ſuper hæc. Firmamine fulcit
Et ſtabilit dentes oleum, nimiumq́ madenti
Auxilium præſtat gingiuæ. Sponte profuſa
Lympha cicatricem leucomáque demit ocellis,
Quin tenebras etiam nimia caligine merſi
Luminis auertit, menſes lotiumq́ propellit
Inſuper, & fœtum, & dentis tormenta lepramq́
Mitigat, & ſopit lichena: ſed eſſe venenum
Fertur, ſi nimium ventri donetur. Eiſdem
Viribus ornãtur folium ſurgentis in horto,
Etſi flaccidius, paulóque ſupinius. Humor
Quem ſubiecta rogo viridantia ligna miniſtrant
Furfuris amandat nubem, lichenáque tollit,
Nec non & ſcabiem. Nuclei pars intima ſcabros
Vngues auertit. Maturus verò corymbus
Et niger haud ægrè corrumpitur, atque dolores
Molitur capiti, ſtomacho diſpendia conflans
Luminibuſq́ ſimul, gnomoną caloris habetur
Atque gelu. Marcens anthraca nomamq́ propulſat.
Flauus itémque recens conflat diſpendia ventri,
Confert nilominus ſtomacho. Conditus & humens
E muria, dentes firmamine fulcit, & vlcus
Purgat ſordidulum, nec non inuitat orexin,
Et munit ſtomachum, ſtypſiſq́ vigore ſuperbit,
Et ne phlyctænis tollantur membra deuſta
Proſpicit, & laxas gingiuas cogit abundè

caput 123.

Ἑλένιον Græcis: Helenium & inula Latinis.

AT radix inulæ tuſſim propulſat & aufert,
Compeſcitq́ ſimul roſeo quod ab imbre madeſcit

Et rutilat ſputum, quin & ſerpentis abercet
Præterea morſum, dein aſthma, trucémque dolorem
Coxæ: atque auxilium fert ruptis, atque propellit
Ex thorace ſimul craſſamina lenta ſcreatu.
Quin procul hacce minax inflatio parte fugatur.

Caput 124.

Ἑρπύλλον Græcis: Serpyllum Latinis.
Eſtque duplex, hortenſe & ſylueſtre.

IMbuit ambroſijs herpyllon odoribus alta
Regna Palæ ac Dryadũ, et calefactat gnauiter, hinc
Perpigros menſes, lotiumque propellit, abercet
Hinc etiam capitis tormenta, deinde phlogoſin
Hepatis, & roſea vomitus aſpergine guttur
Qui maculant, nec non rupturas, atque phreneſim,
Quæ iam per multos Grynææ lampadis orbes
Obtinuit cerebri meninga, & tormina ſedat,
Spaſmáque compeſcit, nec non crudele venenum.

Caput 125.

Ἑλλέβορος μέλας Græcis: Elleborus & veratrum nigrum Latinis.

EXigit elleborus nigricans & phlegma per alui
Ductus, & flauam bilem, ternóque caleſcit
Exiccatque gradu, tergétque. Manian inhauſtus,
Nec non & magnum, pareſes, arthritida, febres,
Tempore quæ longo verſarunt membra coercet,
Atque melancholiæ vitium crudele propulſat:
Quinetiam queruli tormenta ferocia dentis
Pacat collutu. Sed enim varicœa leuatur
Demiſſa patulas præſenti ſtyrpe ſub aures.

Quem

Quem lepra depaſcit, quem ſyrinx iactat, & alphi
Pſoráque dilacerant, quem cœpit & vrget hydropis
Indomiti rabies petulanſve tyrannis, inuncta
Sanatur. Peſſus remorantia menſtrua ducit:
Verum partus eo viduatur lumine cœli.

Caput 126.

Ελλέβορος λευκὸς Græ. Elleborus & veratrum album Latinis.

CAndidus elleborus terno calefactat & aret
Ordine, præterea detergit, & elicit aluo
Phlegma ſoporiferum vomituque, et menſtrua purgat:
Suffocando tamen nonnullos immolat Orco,
Et fœtus etiam fraudatur lampade ſolis,
Mures præterea necat, & caligine cincti
Luminis auertit tenebras, lichenaq; tollit,
Nec non & lepram ſcabiemq; repellit, & alphos,
Quin valet hic etiam ſtrenutamenta ciere.

Caput 127.

Εφήμερον Græcis: Ephemerum Latinis. Eſtque duplex, lætale, Colchicum ſeu Bulbus ſylueſtris, & non lætale, ſeu iris agreſtis.

COlchicon ad fauces hominem detrudit Auernas
Ante diem clauſo quam veſper condat Olympo.
Sed per cæca truces abigit ſpiracula chymos
Alterius folium, viduataq; pure coercet
Phymata, quinetiam queſtus œdematos aufert.
Stypſis energia decoratur, itémque repellit
Radix, & ſedat tormenta ferocia dentis.

caput 128

Εὔζωμον Græcis: Eruca Latinis.

Calfacit & marcet ſiccatue ſub ordine quarto,
Nec non acroris vehementer dote ſuperbit,
Et caput afflictat ſuper hæc eruca dolore,
Quinetiam refricat coctura munia ventris,
Et rapit in Venerem ſegnes tardóſque maritos,
Vrinamq; ciet, nec non genitale miniſtrat
Semen, tum verò diſtendit membra flabellis.

caput 129.

Εὐπατώριον, ἢ ἡπατώριον Græcis: Eupatorium & hepatorium Latinis.

Aſperit infarctu iecur, & compage tenella
Conſtat, & exterget, ſed enim ieiunius æquo
Calfacit, aſtringitq; ſimul quam repperit herbam
Ipſe Tomitani moderator & arbiter orbis,
Atque iecur ſtabilit, tum verò tincta cruore
Inteſtina ſimul cohibet, plagamq; colubri.

caput 130.

Εὐφροσύνη Græcis: Euphroſyne Latinis.

Calfacit euphroſyne, ſiccatque, nec vlla vigorem
Promptius attulerint oculis medicamina, pellit
Mnemoſynes etiam labem, puráſque relinquit
Partes æthereas, atque auræ ſimplicis ignem,
Quin hypochyma ſimul fugat, & caliginis vmbram.

Caput

caput 131.

Ελυμος Græcis: Panicum Latinis.

FRigent, ac genio decorantur panica ſtypſis,
Deſiccantq́, parum nutrire feruntur, & ægrè
Mutantur ſtomachi virtute, aluumq́ coercent.

Caput 132.

Ερείκη Græcis: Erica Latinis.

CAlfacit & ſiccat, ſeu clamat amaror, erica,
Serpentumq́ iuuat morſus, lumbiq́ dolorem,
Nec non veſicæ ſcrupos confringit & aufert.

Caput 133.

Ελελίσφακος Græcis: Saluia Latinis.

CAlfacit, & genio decoratur ſaluia ſtypſis,
Languidiore tamen. Folium ramuſq́ nigrorem
Conciliant nemori capitis nemorique genarum,
Quinetiam lepidè purgant fera vulnera, demunt
Menſis, item lotij, partuſque moramen. Ad ictum
Hinc maiora fide capiuntur lucra nefando
Quem tactu dederit tibi paſtinaca Geuchi,
Tethyos, ac Panopes, Phorci, Tritonis, & Hippi
Cærula regna colens, quin hinc prurigo fugatur
Membri quod ſecuit genitori Falciger atrox.

caput 134.

Ελξινη, ἢ περιλίκιον Græcis: Helxine, & Vrceolaris Latinis.

STypſis energia decoratur ſegniter, atque
Friget, & humectat, nec non deterget, & vſtis

Competit, atque ſacros ignes, calidamque phlogoſin,
Præterea lapides helxine placat & arcet,
Ac œdema ſimul reprimit, calidóſque dolores
Amouet auriculæ, nec non herpeta coercet,
Atque ſinus etiam, lichenáque tollit, itemq́
Condyloma, dein ſyringa. Fugátque nouellos
Panos, & veterem tuſſim, furiáſque podagræ,
Quin & alopeciam tollit, lotijque morantem,
Tonſillamq́ ſimul, quam cœpit dira phlogoſis.

Caput 135.

Ελξίνη κισσάμπελος Græcis: Helxine ciſſampelus & conuoluulus Latinis.

DIſcutit, atque pigram ducit conuoluulus aluum.

Caput 136.

Ερέβινθος Græcis: Cicer Latinis.

CAlfacit, & ſiccat cicer, & per cæca reſoluit
(Præſtat energia verò ſyluestre ſatiuo)
Spiramenta foras qui macerat intima chymum,
Extenuatque ſimul, nec non abſterget, & aluum
Deijcit, & menſes, lotium, partuſque morantes
Prouocat, atque parit ſtabella, colore venuſto
Pingit membra, dein genitalia ſemina gignit,
Largo præterea diſtendit lacte mamillas,
Et rapit in Venerem, lichenáque ſopit, hydropa
Mulcet, & ictericum, ſcabiem, renumq́ lapillos,
Atque phlogoſin, ad hæc acrochordones, atque maligna
Vlcera, præterea quæ noſtri corporis arcem

Tentant

Tentant. Quin abigit formicas: atque lienem,
Renes, atque iecur terget, stomachóque domatur
Ægrè, & testiculi scirrhos fugat, atque phlogosin,
Carcinoma simul, toruámque parotidos iram.

Caput 137.

Εὔσιμον Græcis: Irio Latiuis.

CAlfacit & siccat quod celso vertice quassat
Irio sub quarto grege & ordine semen, & herba
Marcida, non autem viridans, coxæq; dolores
Amouet, ac tussim fugat, atque parotida sopit,
Nec non duritiam, testisq; phlogosin abercet
Atque mamillarum, tollitque auriginis iram,
Nec non demulcet sopitque nefanda venena.
Quem thoracis habent fluxus, non cassus abibit
Hinc ope, quin gressum reget hinc ad regna salutis
Quem torquet cancer, nec spe lactatur inani hinc,
Ex pulmone volens crassamina vellere tarda.

Caput 138.

Ἔχιον, Ἀλκίβιος, ἢ Ἀλκιβιάδιον Græcis: Echium, Alcibius, & Alcibiadium Latinis.

QVem furibunda fero lacerauit bellua rictu,
Quæ per humum densos tractu se flectit in orbes,
Alcibij prodest semen, coxæq; dolori.

Caput 139.

Ἐρυθρόδανον Græcis: Rubia Latinis.

CAlfacit & siccat rubiæ, lotiumque propellit
Radix, & menses, fœtus, reſides secundas:

Nec non expurgat renes, iecur, atque lienem,
Quinetiam niueos alphos, tormentáque sopit
Lumborum, & pareſin mulcet, dirumque venenum,
Nec non regalem fugat, & per cæca reſoluit
Spiramenta trucem qui poßidet intima chymum,
Tergit præterea mediocriter, atque vigore
Pollet amaroris, nec non acrore ſuperbit.

Caput 140.

Εμπετρον Græcis: Empetrum Latinis.

PHlegma ſoporiferum, nocuæq; tyrannida bilis
Empetron educit, laticemq; propellit inertem.

caput 141.

Επίθυμον Græcis: Epithymum Latinis.

QVo thyma nectuntur cirrus præſtare refertur
Quæ thyma, ſed vincit maiori hæc dote vigoris.

Caput 142.

Ελάτη Græcis: Abies Latinis.

QVas abies fundit lachrymas arthritida pellunt,
Et renum lapides, nec non cruciamina lumbi
Mulcent, atque recens vulnus: nam glutine iungunt,
Nec non abſtergent ſordes, carnemque reſtaurant.

caput 143.

Εριvος, ἢ ἐχῖνος Græcis: Erinus & Echinus Latinis.

SIſtit ocellorum fluxus, & ſiccat erini
Semen, item reprimit, guſtuq; redundat acerbo.

Dime-

Dimouet auriculæ tormenta ferocia ſuccus.

Caput 144.

Επιπακτὶς Græcis: Epipactis Latinis.

QVi iecur afflictant epipactis tollit & arcet
Morbos, præterea tollit crudele venenum.

caput 145.

Ευφόρβιον Græcis: Euphorbium Latinis.

PArtibus eſt teneris Euphorbion, atque flagraſcit
Deſiccátque gradu quarto, generátque phlogoſin,
Atque rubore cutem pingit, tergetq́, ſed æquo
Vberius longè, defœdátque vlcere membra:
Non eſt hoc igitur fas vſurpare ſeorſum,
Quamuis attulerit permultum frugis ad ortes
Ex torpente gelu morbos, ſi nectitur illi
Infrænans aliud. Dolor hepatis atque lienis
Continet hinc greſſum, præſens tentare doloris
Hinc licet auxilium capitis ne morte reſignet
Lumina, quem vexat ſtupor, hincce medela paretur
Inſuper, & tetricum licet hinc hypochyma leuare,
Ne linquat vitam ſuper hæc qui torpet hydrope,
Spes hinc larga datur, neu debeat ire ſub vmbras
Quem torquet pareſis: ſuper hæc ne abrumpere vitam
Cogatur tremulus, vel in auras vita recedat
Expoſiti coxæ tormento, neue ſoporis
Ira proſtratus Stygium mittatur ad amnem,
Hinc benè cœpta cadunt. Nec non implere ſecundos
Inde ſinus etiam datur ad peramœna ſalutis
Regna, cui ſpaſmo chariſſima vita vacillat,
Et reperire viam quæ reddat blanda ſalutis

Regna, cui languent ignauo membra veterno,
Phlegma soporiferum, nimiãque propellere lympham
Hinc licet, atque datur sternutamenta ciere.
Verum qui mandit vel potat largius æquo id,
Haud dubiè Stygias nolens trudetur ad vndas.

caput 146.

Ζιγγίβερις Græcis: Zingiber Latinis.

ZIngiber ornatur leuius compage tenella
Quàm piper, atque calet generosè, & demit ocelli
Prætereà tenebras, coquit insuper, atque venena
Subuenit, & fermè piperis virtute superbit.

Caput 147.

Ζάδουρ, ἢ Ζάδειρα Græcis: Zadura Latinis.

CAlfacit & marcet bina sub corte zadura,
Quin & amaroris genio decoratur alacri,
Morsum prætereà diri serpentis abercet,
Atque venena simul, nec non flabella, dolores
Seu tormenta coli ventrisque, deinde fluores
Alui, prætereà vomitum, ac helmyntha repellit.

Caput 148.

Ζύμη Græcis: Fermentum Latinis.

POllet & ornatur gracilis compagine membri
Fermentum, atque foras per cæcos mittit hiatus,
Et trahit ex alto, nec tentat corpora morsu.

caput 149.

Ἠρύγγιον Græcis: Eryngium Latinis.

Mem-

Mentoris ac Phidiæ certißima norma caloris
Dicitur eſſe ferè, multò fœcundius autem,
Ceu medici tradunt literis, eryngion aret,
Nec non inſtruitur genio vel dote ſecandi.
Quinetiam latium menſeſque propellit in hauſtu,
Tormináque, & iecoris morbum leuat, atque venena.
Quin procul bacce minax inflatio ſtirpe fugatur.
Quem vel opiſthotonus, vel magnus verſat & vrget,
Aſſerit afflictum radix hæc pota ſaluti.

Caput 150.

Ἠριγέρων Græcis: Erigeron & ſenecio Latinis.

Erigeron friget, nec non per cæca reſoluit
Spiramenta parum liquores, atque cruenta
Sputa dein ſedat, iecoriſque pathema, phlogoſin
Teſtis, item ſtomachi natos ex bile dolores,
Lumbricoſque ſimul, nec non & vulnera nerui.

caput 151.

Ἁλίσαρον, ἢ πτελεκῖνος Græcis: Securidaca Latinis.

Ramulus hedyſari ſemènque vacillat acerbo
Munere, amaroris genio decoratur, & adfert
Emolumenta ſimul ſtomacho, viſcuſque repurgat.

Caput 152.

Ἡλιοτρόπιον Græ. Herba ſolaris & ſolſequium Lat.

Herba cui peperit nomen conuerſio ſolis
Calfacit & ſiccat, tergetque, ſocorſque propellit
Phlegma per anfractus alui, bilémque flagrantem,

Fœtum

Fœtum præterea ducit, menſeſq; morantes,
Nec non ſiriaſim, podagram, luxata, deinde
Vulnus quod dederit veſano ſcorpius ictu
Dimouet. At ſemen quæ terna luce recurrit
Aut quarta febrim, nec non acrochordones aufert,
Formicamq; ſimul, nec non epinyctida ſopit.

Caput 153.

Ἡδύοσμος, ἢ μινθη Græcis: Mentha Latinis.
Eſtque duplex, hortenſis & ſylueſtris.

VEſtit Lampſaceni pomaria culta, vel agros
Mentha. Prior conſtat gracilis cõpagine membri,
Et per cæca foras mittit ſpiracula chymum,
Aſtringitque ſimul, nec non calefactat & aret,
Atque repellit, item lumbricos tollit & imbrem
Sanguineum cohibet, cholerámque, ſalacia membra
Concitat in Venerem ſuper hæc, vomitumq; coercet,
Auxilióque leuat quem ſæuo dente petiuit
Et rabioſa fero canis ore momordit. Et illinc
Præterea dio blandæ potiere ſalutis
Littore quem torquent ſingultus, atque dolorum
Hinc imploret opem ſuper hæc quem torua laceſſunt
Auriculæ & capitis cruciamina, luce fruetur
Illinc præterea quam ſpiſſo lacte mamillæ
Turgentes angunt, animo ſententia ſurgat
Hinc etiam abſceſſus liquidas fugitare ſub auras
Inſuper, hincque coli tormenta ferocia cedunt,
Quinetiam ſtomachi hinc reuocantur munia lapſa.
Siccat & extenuat magis hac quæ canet in agro.

Caput 154.

Θρίδαξ Græ. lactuca La. Eſtq; duplex, ſatiua et ſylueſtris.

Surgit

Svrgit in Orneathæ regno lactuca, vel arui
Sede. Prior madidat frigétque ſub ordine terno,
Quin & eryſipelas paruum, calidámque phlogoſin,
Atque ſitim placat: ſed enim caligine cingit
Lumina, tum verò tenebras offundit ocellis:
Nec non & placidam vigilantia membra quietem
Suadet inire, dein ſtomachum firmamine donat.
Præterea largo diſtendit lacte papillas,
Et releuat ſtomachi faſtidia tetra ciborum.
Semen vana fugat noctu ſimulachra Dionis,
Atque gonorrhœan cohibet, Venerémque coercet.
Pollet amaroris genio ſyluestris, & alget
Dicta languidius, madidatque ſupinius, vndam
Prolicit hæc aluo ſuper hæc, epicaumáque ſopit,
Argemáque ablegat, nec non caliginis vmbram:
Ducit præterea menſes, afflatque ſopore
Membra dein, ſuper hæc lenit tormenta doloréſque,
Et quam ferali ſcelerata phalangia plagam,
Ac quod tabificus veſano ſcorpius ictu
Molitur vulnus. Cohibet ſimulachra Dionis,
Atque gonorrhœan ſemen, Venerémque coercet.

caput 155.

Θύμβρα Græ. Thymbra, ſatureia, & cunila La.

PVbet in Orneathæ regno ſatureia, vel arui
Sedibus. Hæcce thymo par eſſe refertur, at iſthæc
Debilior, quamuis tentigine membra titillet
Gnauius, in Venerem rapiatue ſalacia membra.

Caput 156.

Θάλικτρον, ὦ θαλίκτρου Græcis: Thalictrum & thalietrum Latinis.

Siccat,

Siccat, nec morsu diuexat membra thalictrum,
Atque cicatricis dono compingit & vnit
Vlcera, quæ longo iam tempore membra grauarunt.

Caput 157.

Θαλασσόμελι Græcis: Thalassomeli Latinis.

Porrò thalassomeli dicunt purgare viritim,

Caput 158.

Θαλάσσιον ὕδωρ Græ. Aqua marina Latinis.

Lympha marina calet, nec non deficcat, & acri
Pollet energia, tergétque, deinde resoluit
Per cæcos abitus, trahit insuper, atque propellit
Phlegma soporiferum, neruique tyrannida mulcet,
Pruritumque, simul lendes, tumidásque papillas,
Tormina: lichenem, capitis tormenta, grauemque
Auditum, & scabiem, nec non hydropa deinde
Liuores tollit, gelidisque doloribus obstat,
Serpentumque simul gelidos tremulosque coercet
Morsus: at potu stomacho dispendia conflat.

Caput 159.

Θυμοξάλμη Græcis: Thymoxalme Latinis.

Porrò thymoxalme proritat phlegma per alui
Ductus, præterea stomachum fulcire refertur
Articulis, simul tormenta ferocia pacat.
Quin procul inde minax inflatio tetra fugatur.

Caput 160.

Θεῖον Græcis: Sulphur Latinis.

Calfa-

Calfacit & ſiccat ſulphur, dein parte tenella
Conſtat, & ex alto trahit, & per cæca reſoluit
Spiramenta truces humores, atque proterui
Serpentis morſum, lichena, corizan, & alphos,
Ictericumque ſimul, riuoſque cruore madentes,
Nec non aſthma, lepram, ſcabiem, podagræq; tumultū,
Atque vngues ſcabros, pruritus, atque catarrhum,
Sudorémque, dein tabo ſeu pure redundans
Sputum, præterea partus remoramina tollit,
Auditumq; grauem ſarcit, tuſſique medetur,
Nec non contuſas aures compeſcit, & altum
Lethargi rumpit ſomnum: ſed corpora fœdat
Vlcere, quàm ius eſt ſi diutius extima tangat.

Caput 161.

Θύμος Græcis: Thymus Latinis.

Ordine ſub terno calefactat & aret Hymetti
Parcæ germen api fruticãs, ſecat inſuper. Hauſtu
Menſtrua, lumbricos, fœtus, lotium, atque ſecundas
Elicit, & bilem, & pituitam ducit, & acrem
Proritat ſaniem, tormentáque ſopit ocelli,
Iſchiadémque, ſub hæc hypochondria tenſa fiabellis,
Thoracémque, dein latus, atque virilia membra.
Hinc pete ſuppetias, dum creber anhelitus artus,
Oráque ſæpe quatit, vexatque arthritidis ira,
Atque podagra ferox, ophthalmia, lapſus & error
Mentis, itémque metus nigranti ex bile profectus,
Veſicæq; ſimul morbus, caligóque ocelli.

caput 162.

Θλάσπι Græcis: Thaſpi Latinis.

Thla-

THlaſpios exurit ſiccatq; ſub ordine quarto
Semen, tollit idem tardi remoramina menſis,
Et quo more ferox amitam ſub Tartara miſit
Claudius Iliadum rector, per guttur & alui
Anfractus bilem deducit, & embryon alma
Priuat luce, ſuam rabies inſana Neronis
Glabri quod neptim ſcelus attentare coegit,
Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas,
Nec non abſceſſus torquentes intima rumpit,
Iſchiadiſque ſimul tormenta ferocia mulcet.

caput 163.

Θαλψία Græcis: Thapſia Latinis.

CAlfacit eximiè, nec non per cœca viritim
Thapſia crudeles mittit ſpiracula chymos,
Et trahit ex alto fœliciter, atque madoris
Excrementitij plus iuſto labe redundat,
Acroriſque valet genio. Ex radice coactus
Liquor, vt & radix, vomitu depellit & aluo
Bilem flagrantem, roſeóque micantia rore
Flumina compeſcit, nec non eliminat aſthma,
Atque vetuſta ſimul lateris tormenta coercet,
Nec non articuli, pedis, ac pulmonis: & aufert
Sugillata ſimul, næuoſque à ſole profectos,
Phymáque dirumpit, nec non præputia ſarcit.
Per te Stella maris, nitidi quæ plauſtra Boõtæ
Albo vincis equo, miſeris & portus & ara:
Per te nate Dea quaſſans Stygiamque paludem,
Tartareumq; chaos, rabidis Phlegetontaq; lymphis:
Cuncta per Elyſiæ rutilantia numina ſedis

Obſe-

Obsecro & obtestor, quibus exagitauerit olim
Tisiphones atræ furijs, æstroque furentum
Eumenidum Pharias omnes vesania mentes.
Vt Clotho vani perneuit stamen Osyris
(Heu pudor, heu pietas illis incognita sæclis)
En sibi persuadent bouis hunc in pectora condi
Æstiferæ populus Mareotidos, atque colendi
Mnemosynen regis magno succensus amore,
Thuricremis animal mutum dignantur acerris.
At verò postquam certos transegerit annos
Fonte sacerdotum mergunt, aliudq; requirunt
Cornibus egregium niueis Latoidos instar
In villo dextri lateris, quin donec id ipsum
Reppererint, mœstis feriunt vlulatibus astra,
Plangere nec cessant sua duris pectora palmis,
Et caput ad viuum (quæ tanta procacia?) tondent.
Si, quibus imposuit nomen vulpecula fagax
Dicto te similem reddant glabreta popello,
Commoditatis habes permultum hinc ipsa fugandi.

caput 164.

θέρμος Græcis: Lupinus Latinis.

CAlfacit & siccat, nec non per cæca resoluit
Spiramenta truces chymos, tergetq; lupinus
Qui per culta nitet Dryadum pomaria flore,
Cuius amarorem non exuit vnda: nec atro
Membra petit morsu. Scabiem næuosq; farina
Summouet, & partus mensesq; propellit, & alphos
Competit, atque necat lumbricos, atque lieni
Confert, ischiados super hæc tormenta refrænat,
Liuorèmque simul, nec non anthraca coercet,

Vlcus prætereà tollit, strumisque medetur,
Gangrænámque fugat super hæc, mulcétque phlogosin,
Tum verò capitis manans eliminat vlcus.
Hæc eadem præstat decoctum. Dulcis ab imbre
Quo fuit imbutus verè, Spelæa meatus
Obstruit, atque ægrè stomachi virtute domatur,
Contrahit & crassos idem crudosque liquores.
Vincit energia dictum qui frondet in agro.

Caput 165.

Θυμέλαια Græcis: Thymelæa Latinis.

MEmbra petit morsu thymelæa, superbit & acri
Gustu, quam deceat super hæc impensius vrit,
Oráque vasis item reserat, dein lumine cœli
Fraudatur partum, & stomacho dispendia conflat,
Phlegma soporiferum dein exigit, atque flagrantem
Proritat bilem, laticémque propellit & effert
Aluo; nilominus longè generosius æquo,
Sudorémque mouet. Simili virtute superbit
Semen, quod Gnidius vocitatur coccus ab omni
Vatis Marmarini diatriba nomine Græco.

Caput 166.

Ἰξὸς Græcis: Viscum Latinis.

CAlfacit, & nocuum per spiramenta liquorem
Cæca fugat viscum, dein emollire refertur:
Extrahit ex alto super hæc vehementer: idémque
Maturat: verùm plus iusto labe madoris
Excrementitij fœdatur, idémque vigore
Pollet amaroris minus, atque superbiat acri,

Necnon

Nec non eminuit splenem qui turget, & vngues
Eijcit, abscessus super hæc profligat, & vlcus
Tollit quod longo iam tempore membra grauauit.

caput 167.

Ιοφυλλαρ, ἢ ποφφύρεον ιον. græ. Viola nigra & purpurea la.

CVius Agenoreo tristatur acumen ab ostro
Sub bina violæ folium statione madescit,
Ordine at in primo friget, capitisque dolores
Quos inuexerunt æstus, calidámque phlogosin
Amouet, & lenit stomachum feruoribus ægrum,
Blandam præterea tibi suadet inire quietem,
Et tormenta fugat lateris, bilémque propellit,
Scabritiémque simul salebrosi tramitis aufert,
Atque sitis rabiem liquidas diffundit in auras.

caput 168.

Vt violæ matronales Fuchsii cum Græ tum La. fuerint appellatæ, in dubio apud eruditos est etiamnum.

QVæ matronarum decorant peramœna vireta
Calfaciunt valdè violæ, gnauóq; redundant
Acroris genio, menses lotiumq; propellunt
Insuper, & pellunt per spiramenta liquores,
Extenuantq; simul, conuulsis deinde medentur,
Sudoréque mouent, orthopnœanq; repellunt.

Caput 169.

Ἰδαία ἑίζα Græcis: Idæa radix Latinis.

STypsios ingenio radix Idæa superbit
Valdè, proin fluxus veteri compescit, & alui

Profluuium cohibet, dein intestina cruenta,
Nec non sanguineo sputum liquore madescens,
Præterea quauis fluxum de parte scatentem.

caput 170.

Ιπποµάραθρον Græcis: Hippomarathrum Latinis.

PRolicit vrinæ fluxus prægrande marathrum,
Menses præterea ciet, atque profusius aret,
Quàm quod Hamadryadum viridaria culta suaui
Complet odore, dein manantia flumina sistit
Alui, quinetiam lapides confringit, & adfert
Auxilium diræ serpentis dente petitis,
Nec non ictericum volucres diffundit in auras.

caput 171.

Ισόπυρον Græcis: Isopyrum Latinis.

DOtibus ornatur mistis isopyron, amara
Pollet energia, leuiterque redundat acerbo
Munere, præterea secat, & deterget, idémque
Demulcet tussim, sputumq; cruore madescens.

Caput 172.

Ιπποφαὶς Græcis: Hippophaes Latinis.

PHlegma soporiferum, nocuæq; tyrannida bilis
Hippophaes purgat, laticémque propellit ab aluo.

caput 173.

Ιππουρὶς Græcis: Equisetum Latinis.

SIccat cum primis equisetum ritè, nec atro
Membra petit morsu, sphyxisq; vigore redundat,
Pollet

Pollet amaroris genio ſuper hæcce. Coercent
Hinc quoque plus æquo manantia flumina vulvæ
Greſſum, & parta quies erit hinc ex nare liquorem
Stillanti roſeum, nec te ſententia fallet
Hincce dyſenteriæ furias inhibere volentem.
Hoc nullum veniet ſuper hæc præſentius vllum
Præſidium ventri fluitanti. Tußis & aſthma
Hinc procul aufugient ſuper hæc, mætamque tenebis
Hinc quoque fracturæ, nec non hinc maxima cedent
Vulnera, præterea guttis reſperſa cruentis:
Quinetiam vrinæ lotijve moramen abibit,
Enterocelarum dein ira fugabitur illinc.

Caput 174.

Ἰβηρὶς, καρδαμαντικὴ, ἀγριοκάρδαμον, ἢ λεπίδιον
Græcis: Iberis, agreſte naſturtium & lepidium Lat.

Viribus (vt referunt) naſturti pollet Iberis.

caput 175.

Ἱεράκιον Græcis: Hieracium Latinis.
Eſtque duplex, maius & minus.

FRigent: & genio præſtant hieracia ſtypſis
Seguiter, atque fugant nebulas caligine cincti
Luminis, & mórſum ſtomachi, ſtomachumq; flagrantẽ
Plus nimio mulcent, nec non quod ſcorpius ictu
Vulnus adegit atrox, diramque phlogoſin abercent.

Caput 176.

Ἰος Græcis: AErugo Latinis.

ACroris genio decoratur, itémque reſoluit
Per cæcas latebras ærugo, & carnis hiulcæ

Molem consumit, nec non absterget, atroci
Verò membra petit morsu, lepriſque medetur,
Et ſyringa fugat ſuper hæc, calloſque nomaſq;

Caput 177.

Ἰὸς σιδήρου Græ. Rubigo ferri & ferrugo Latinis.

STypſis energia ferrugo præſtat, & ignes
Præterea ſacros, vterique fluenta coercet,
Exanthema ſimul fugat, atque pterygia mulcet,
Atque glabreta quibus toto celeberrima mundo
Vel captis viſu poſuit vulpecula nomen
Amouet, & fulcit gingiuas, atque tumorem,
Qui tenet vnguiculi radicem pellit, & arcet
Condyloma, dein podagræ tormenta. Sed vnda
Quæ ferrum candens reſtrinxit ſæpe, lienem
Depellit durum, nec non reſperſa cruore
Inteſtina, dein choleram: ſtomachumque refulcit,
Nec non cœliacen liquidas diffundit in auras.

Caput 178.

Ἰσάτις Græcis: Iſatis Latinis.

NEctit iſatis agrum, vel floreа regna Priapi.
Pollet amaroris genio, ſtypſiſque ſuperbit
Dotibus hæcce, dein profuſè ſiccat, atroci
Nilo ninus minimè diuexat corpora morſu,
Grandia, quæque madent roſeo liquore deinde
Vulnera committit viſco, & tuberculа ſanat.
Hinc in luce moras etiam ſperare licebit
Maiores nimium ſacro languentibus igne, &
Ne tacitas Erebi ſedes Orciq; profundi

Luri

Lurida regna petant, Letheſque ferantur ad vndas
Quos herpes voluit, nimióque putrore madeſcens
Vlcus, quoſque tenet peruerſum, quoſque fluenta
Sanguinis exercent, datur hinc medicina ſalubris,
Hinc etiam curſus datur ad penetrale ſalutis;
Vlcera quem torquent phagedænica, ſæua tumorum
Hincq́ pedes retrahunt etiam commercia ſæuos.
Sed quæ nectit agrum, generoſius aret, & atro
Corpora diuexat morſu, nimiumq́ putrorem
Gnauius è medio tollit, ſpleniſque querelam,
Quæ fit ab infarctu placat: ſed inutilis ipſa
Quæ dixi reliquis vitijs memoratur haberi.

Caput 179.

Ἰτέα Græcis: Salix Latinis.

DEſiccat folium ſalicis floréſque virentes,
Nec tamen inuiſo prædatur corpora morſu,
Nec nihil aſtringit, committens glutine vulnus
Quod roſeo madidat liquore. Eugámque capeßit
Hincce podagra ferox, vitales carpſerit auras
Hinc itidem cuius conuoluulus intima torquet,
Quin ſopor hinc etiam dulcis complectitur artus.
Præſtat idem cortex, ſed enim generoſius aret
Hiſce. Cinis verò crepitante profectus abigni
Clauos, & callos fugat, & myrmecian aufert.

Caput 180.

Ἶρις Græcis: Iris Latinis.

ORdine ſub terno ſiccatq́, caletq́ ſecundo
Iris, & abſterget, nec non per cæca reſoluit

Spiramenta truces qui iactant intima chymos,
Incidit & simul, nec non maturat. In haustu
Phlegma soporiferum nocuæq; tyrannida bilis
Elicit & menses remorantes promit, & ictus
Reptilium, & splenis morbos fugat, atque rigorem,
Et conuulsa simul pacat, tussimque coercet,
Suppetiasque venit cui rarus pectora duro
Fessa ministerio mulcet, reparátque labori
Somnus, & extenuat crassamina lenta screatu,
Atque gonorrhœæ manantia flumina sistit,
Inq; fugam vertit miserandi torminis iram.
Impositu verò patulæ syringis hiatum
Amouet, atque sinus etiam, pariendo nouelli
Tegminis augmentum, dein vlceris ora refarcit
Panda, & præterea capitis tormenta propulsat.
Næuus quem genuit rapidi vesania solis
Thymbræumve inbar validum, strumæq; proteruæ,
Nec non durities referunt vestigia retro
Inde. Sed ischiadis chylter conamina frangit.
At verò reserat fotu spiracula vulvæ.

Caput 181.

Ἱππόσελινον Græ. Hipposelinum & olus atrum La.

ORdine sub hino calefactat grande selinum,
Siccans in ternogenerose. Semen in haustu
Nec non & radix lotium menseſque propellit.

Caput 182.

Κίρσιον Græcis: Cirsium Latinis.

CIrsion humectátque calétque sub ordine primo,
Varicis hæc etiam tormenta ferocia lenit.

Caput

caput 183.

Κασσυτὰ Græcis recentioribus: Cassutha Latinis.

ORdine sub primo cassutha calescit, & aret
Sub bino, tergit super hæc, stypsisque vigore
Segniter instruitur, gustuque ornatur amaro
Nonnihil, infarctu iecur expedit atque lienes,
Vrinámque mouet, nec non auriginis iram
Sedat, & educit bilem promitque per aluum,
Et placat febrim puerilia membra tenentem.

caput 184.

Vt caltha Græ. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

CAlfacit & siccat, nec non decoratur amaro
Gustu: dein leuiter dulci, resídésque secundas
Elicit, & menses, nec non cruciamen acerbum
Dentis caltha procul volucrem diffundit in auram.
Flos verò crines rutilos flauedine reddit.

Caput 185.

Καρυόφυλλον Græcis: Caryophyllum Latinis.

SEmina quîs nomen folium nucis indidit acri
Dote valent: gustu dein exornantur amaro
Segniter, exiccántque calentque sub ordine terno
Fermè, dein vires lapsas & munia lapsa
Cordis restituunt, compendia magna deinde
Conflant & pariunt iecori stomachóque, fluores
Alui præterea frænant, nubémque coercent
Luminis, atque oculos tenebrarum carcere nigro

Soluunt eximiè, dein argema luminis arcent,
Atque pigros acuunt etiam lentosque maritos.

Caput 186.

Vt caryophyllata cum Græcum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

QVæ verò dicti latè diffundit odorem
Seminis herba calet siccatq; sub ordine bino,
Per cœcos etiam fugat & depellit hiatus,
Extenuatque simul, nec non astringit, & atro
Liberat infarctu, lateriſque ferocia demit
Thoraciſque simul tormenta, colicq; dolores,
Quos flabella trahunt ac frigora, sedat, & aufert
Enterocelarum tormenta, premitque fluores
Vuluæ: sputa dein roseo madidantia nymbo,
Intestina simul roseo respersa liquore
Siſtit, & amandat virus rabiemve veneni,
Cœliacen etiam depellit, agitq; morantes
Præterea menses, internaque vulnera tollit.
Quin & odoratu cerebrum fulcimine donat.

Caput 187.

κέστρον Græcis: Betonica vel potius Vetonica La.

VEtonicæ folium secat, & calefactat, & aret,
Quin & amaroris genio decoratur: & acri
Pollet energia moderate, soluit & aluum,
Et ciet vrinam super hæc, menseſq; propellit.
Hinc etiam diras habeat sententia mentem
Serpentum plagas & tetra venena domari.

Ne po-

Ne ponat vitam rabies quem iactat & haurit
Coxæ, præsidium licet hincq; parare salubre,
Hystericisque simul datur hinc euadere mortem,
Hincq; fugam texunt super hæc respersa cruore
Sputa, reducuntur super hæc à morte nefandis
Itterici furijs torpentes inde, saluti
Redditur hinc etiam quem cœpit magnus, hydropsq;,
Et furor, & lapides renum, tormentáque splenis.
Hinc accedit item permultum frugis acerbos
Tollere conanti renum iecoriſque dolores
Veſicæq; simul, nec ſpes oſtendit inanis
Hinc ſe rupturam cupienti demere, lucem
Ne linquat morbis vteri matrona fatiſcens
Hincq; medela venit, quin hinc è corpore migrat
Spaſma, dein tabo ſeu pure ſcreatus inundans,
Hinc etiam ſtomachi ratione iuuatur eadem
Coctio, præterea cibus hinc in ventre moratur,
Nec non hinc thorax etiam tergetur, & hepar,
Pulmoq;, dein ructus acidi hinc ſparguntur in auras.

Caput 188.

Καπνός Græcis: Fumaria Latinis.

CAlfacit at bino fumaria & ordine ſiccat,
Ceu memorat lumen Germani Fuchſius orbis,
Et leuat infarctu iecur, atque recolligit ipſum,
Bilem præterea lotio vel ſede propellit.
Quinetiam remouent nebulas caligine merſi
Luminis & clauſi tenebrarum carcere nigro
Rore fruiſcentes tuſo, lichenaq; mulcent.

Caput

caput 189.

Καρδαμον Græcis: Naſturtium Latinis.

Æ Stuat in quarto naſturti ſemen & aret
Ordine, deciduí prohibet q́ glabreta capilli,
Nec non & menſes prolectat, idem q́ lienes
Eminuit, lepram q́ œdema q́ ſopit, & aluum
Turbat, itémque fauos, lichena, trucémque phlogoſin,
Iſchiadoſque minas, anthracá q́, deinde venenum
Pacat: & helmynthes, partum q́ necare refertur.

Caput 190.

Vt centummorbia cum Græ.tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

H Erba cui centum peperere pathemata nomen
Siccat, & eximia ſtypſis virtute ſuperbit,
Glutine præterea committit vulnera quæuis,
Vlceráque, & ſtabilit ventrem, vuluæ q́ refrænat
Fluxus, atque alui, nec non reſperſa cruore
Inteſtina premit, ſputumque cruore madeſcens.

Caput 191

Κύανος Græcis: Cyanus Latinis.

Friget, item reprimit cyanus, pacat q́ phlogoſin.

caput 192.

Κυνοσράμβη ἡ κυνία Græ. Braſſica canina Lat.

P Hlegma ſoporiferum cynocrambe ducit, & vndam
Per ductus alui, nocuæ q́ tyrannida bilis.

Caput

caput 193.

Κορωνόπους Græcis: Coronopus Latinis.

POrrò coronopodis radix aſtringit, & aret,
Nec non cœliacen liquidas diffundit in auras.

caput 194.

De cynogloſſo officinarum.

Κυνόγλωσσον officinis: lingua canina La.

ORdine ſub bino ſiccat frigétque canina
Lingua, per id tẽpus doctum quam turma tonãtis
Marmarini nouit melius, ſanátque catarrhos,
Atque gonorrhœan, nec non reſperſa cruore
Inteſtina ſimul, morbóque renititur axe
Nomen ab Hiſpano qui traxit, & vlcera quæuis
Vulneráque ablegat, morboſque à fluxibus ortos.

Caput 195.

Καλαμος ἀρωματικός Græcis: Calamus aromaticus & oderatus Latinis.

SIccat odoratus calamuſque caletque ſecundo
Sub grege, dein tenera membri compage redundat
Segniter, aſtringit leuiter, minimóque ſuperbit
Acroris genio, menſeſque propellit inertes
Vrinam & ſimul moderatè, & lenit hydropem,
Nec non diruptis medicatur, itemque phlogoſi
Qua genitale ſolum languet, renumque querelas,
Præterea ſtomachi, & iecoris, tuſſimque refrænat.

Caput

Caput 196.

κάλαμος φραγμίτης Græcis: Calamus & canna vallaris & sepiaria Latinis.

VAllaris cannæ radix è corpore tæla
Vellit: & absterget cumulatè, atróque dolori
Coxarum prodest, luxatáque membra coercet,
Ignes præterea sacros, aliásque phlogoses.
Quinetiam folium viridans absterget, & aufert
Colluuiem sordis. Calefactat in ordine terno
Desiccátque simul flagrante crematus ab igni
Cortex, & gracili compage viriliter idem
Præstat, & humorem per cæcos mittit hiatus
Acriter, atque parum terget, glabretáque sedat,
Quîs ob vafritiem toto celeberrima mundo
Vel captis visu posuit vulpecula nomen.

Caput 197.

κακανος ἢ καχαλία Græ. Cancanus & cacalia La.

RAdix qua terræ genitricis ab vbere fugit
Cancanus instruitur crassa compagine membri:
Nec non exiccat moderatè, eademq; meatus
Corporis obducit, nec morsu membra fatigat,
Scabritiemq; simul salebrosi tramitis aufert,
Tußim præterea liquidam diffundit in auram.

Caput 198.

καγκαμον Græcis: Cancamum Latinis.

CAncamon infarctu leuat, & detergit, & asthma
Dimouet, atque pathos comitia rumpere suetum,

Den-

Dentis præterea tormenta ferocia lenit,
Atque cicatrices oculi, tenebráſque coercet,
Nec non gingiuas nimio liquore tumentes
Exuit, atque ciet menſes, ſplenique medetur,
Extenuatque ſimul lentos abdomine pingui.

Caput 199.

κασσια ἡ κασία Græ. Caſsia & caſia Latinis.

CAſsia deſiccátque calétque ſub ordine terno,
In primis etiam gracili compagine præſtat,
Nec non acroris virtute ſuperbit alacri,
Stypſis energia leuiter quoque pollet: & auſert
Per cæcos abitus, nec non incidit, & addit
Robur viſceribus, menſeſque propellit inertes
Vrinamq; ſimul, tenebriſque medetur ocelli,
Renum præterea morbos, & tarda ſopore
Vipera quam dederit plagam, cunctáſque phlogoſes
Internas abigit, reſerans ſpiracula vuluæ.

Caput 200.

κασσία ἡ κασία μέλαινα Græcis recentioribus: Caſsia & caſia nigra Latinis.

PVlpa nigræ caſiæ primo calefactat & humet
Ordine, quinetiam fauces thoracaq; lenit,
Nec non turbiduli cœnum profligat & auſert
Sanguinis, atque ciet lotium, renumq; lapillos
Tollit, eryſipelas dein amouet, atque phlogoſim, &
Phlegma ſoporiferum purgat, bilemque flagrantem
Prolicit, idque citra noxam, bilemq; reſtringuit.

Caput

caput 201.

Κίκι, ἡ κρότων Græcis: Ricinus Latinis.

CAlfacit & ſiccat bina ſub claſſe ricinus.
Spargit & abſterget ſemen: commercia bilis
Commanſum ducit, nocuæque tyrannida lymphæ,
Nec non ignaui commercia phlegmatis arcet,
Gutture per vomitum depromens quippe vel aluo.
Sed cui marcidulus Titan exordia præbet
Amouet impoſitum maculam, varóque medetur.
Quem tumor inceſſit, verſatque phlogoſis ocelli,
Eia age, in hoc omnis ſpes inclinata recumbat:
Quem ſacer ignis habet, quin illinc tuta capeßis?
Hinc tibi namque fluit perdendi copia morbi:
Quam turgens agitat, mouet, abſumitque papilla.
Hocque author licet ſub tecta venire ſalutis.
Præſtat & hæc folium, ſed enim dilutius iſto.

caput 202.

Κάννα ἐις Græcis: Cannabis Latinis.
Eſtque duplex, hortenſis & ſylueſtris.

CAnnabis aruа tenet quæ non rimatur aduncа
Buris, quæque domat peracutus vomer aratri.
Calfacit & ſiccat non ſegniter. Hincque comeſto
Semine cum primis lepidè genitura fugatur,
Præcipitantque moras fi abella nefanda. Dolorum
Nubila frænantur ſpumantibus ora lupatis
Auriculæ, viridi preſſa de ſemine lymphа.
Si ferus exhibeat tibi forte negotia multa,
Illudat vetumor, peredat phlogoſis, & angat
Toſus & infeſtet nec non emaceret artus,

Ex ras

Ex radice feras greſſum ſub tecta ſalutis.

Caput 203.

Κολοκυνθὶς Græcis: Colocynthis & cucurbita ſylneſtris Latinis.

CAlfacit & ſiccat colocynthis in ordine terno,
Nec non phlegma, dein bilem, ramentáque promit
Et lymphas aluo, nec non thoraca, cerebrum,
Pulmonemq; ſimul, neruóſque repurgat, & iram
Dimouet iſchiados, pareſinq;, ſcotoma, dolorem
Qui caput & renes iam diudum voluit, & aſthma,
Sæuitiémque coli, & magnum, tuſſimq; vetuſtam, &
Spaſmum, præterea podagram, dentiſque dolores:
At noxæ eſt ſtomacho, partumq; necare refertur.

Caput 204.

Κίρασος Græcis: Ceraſus Latinis.

GVmmi quod liquido ceraſi de corpore mānat
Euoluit veteris Mæandro tuſſis anhelum
Pectus, & exoluit Stygijs immerſa tenebris
Lumina, torpentem ſuper hæc inuitat orexin
Exacuens ſtomachum, corpuſque nitore venuſtat,
Succurritque ſimul quando fremit ore cruento
Scrupulus, atque premit ſæuum ditione lapillum.

Caput 205.

Vt cruciata cum Græ. tum Lat. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

ORdine ſub terno flagrat, ſed corte ſecunda
Deſiccat radix cruciatæ, ſoluit & atro

Corpus ab infarctu, fordeſque repurgat & aufert,
Nec non incidit præclarè, ſpaſmáque tollit
Quique latus iactant commercia tetra dolorum,
Nec non helmynthas, vulnus, diramque phlogoſin
Luminis, & caſum, miſerandáque vulnera diræ
Serpentis, lotij fœtuſq; moramen, & alphos,
Craſſamenque ſimul thoracis, itemque caducum,
Nec non rupturam, ſtomachumque iecurque labaſcens.

caput 260.

Κορίαννον, ἢ κόριον Græ. Coriandrum Latinis:

CAlfacit & friget: tum verò dote viritim
Pollet amaroris coriandrum, ſegnius autem
Typſios inſtruitur genio, per cæca liquorem
Spiramenta foras ſuper hæc propellit, & arcet
Colluuiem ſordis, nec non compage tenelli
Membri conſtat, item ſtrumas, herpeta, phlogoſin
Teſticuli ſopit, nec non epinyctides aufert,
Atque antbraca ſimul, ſuper hæc tubercula ſedat,
Et ſacros ignes. Genitalia ſemina verò
Semen alit, pellens animalia ventris, idemq;
Largius atque decet iuſtóque diutius hauſtum
(Ne nutes) mentem cœcis erroribus implet.

Caput 207.

κλήματις δαφνοειδὴς Græcis: Clematis daphnoides Latinis.

CLematis exiccat daphnoides, atque viritim
Pollet amaroris genio, nec membra laceſſit
Morſu, quinetiam decoratur dote ſupina

Typſios

Stypſios, ac vuluæ tormenta propulſat, & alui
Profluuium ſiſtit, dein inteſtina cruenta
Frænat, & amandat tormenta ferocia dentis,
Et plagam pecoris quod denſa volumina torquet,
Attollitque minas, & ſibila colla tumeſcit.

Caput 208.

Καρδάμωμον Græcis: Cardamomum Latinis. Videtur autem ita appellari, tanquam ἀπὸ τῆς καρδίας κομιζόμενον ἄμωμον. Eſt enim Cardia vrbs Thraciæ, & ex Boſphoro optimum etiam aduehi cardamomum, author eſt Dioſcorides.

SEmen cui peperit Rheſeia Cardia nomen
Acroris genio valet, & calefactat abundè,
Quin & amaroris leuiter virtute redundat,
Nec non eximium latè diffundit odorem,
Detergetque ſimul, nec macerat vlcere corpus,
Tormina, lumbricos, lapides, tuſſimque repellit
Inſuper, & vulſis ruptiſque medetur: & ictum
Cunctæ ſerpentis, pareſin, lumbique dolores,
Atque dyſuriam, & comitia rumpere ſuetum
Delinit morbum, renum q; pathemata mulcet:
At viuos partus fraudatur lampade ſolis.

Caput 209.

Κιννάμωμον ἢ κινάμωμον Græcis: Cinnamomum, cinamomum, & cinnamum Latinis.

CInnama calfaciunt ſiccant q; ſub ordine terno,
Cum primis etiam gracili compage vigeſcunt,
Nec non extenuant tergentque, coquuntque, deinde
Menſes & lotium ducunt, partuſque morantes,

Et cutis emendant næuos, tußique medentur,
Et renum vitijs, nec non caliginis vmbræ,
Hydropemq; simul tollunt, & cuncta venena,
Serpentumq; fugant plagas, fluxuſque coercent.

caput 210.

Καρπήσιον Græcis: Carpeſium Latinis.

VIribus ornatur cum phu carpeſion iiſdem:
Gnauius id verò tenera compagine membri
Pollet, & infarctu magis omnia viſcera ſoluit,
Et mouet vrinam, lapidéſque refringit & effert.

Caput 211.

Κράμβη ἥμερος Græcis: Braſsica ſatiua Latinis.

QVæ vario Dryadum pingit viridaria flore
Braßica deſiccatque caletque ſub ordine primo,
Quin & amaroris genio vacillat, & acri,
Præterea leuius iuſto per cœca reſoluit
Spiramenta foras qui conficit intima chymum,
Nec nihil aſtringit, committens glutine vulnus.
Inde fugam celerant itidem ſcelerata tumoris
Tædia, ne poßint animam ſacer ignis & herpes
Fundere concipias hinc ſpem, & fiducia vocem
Quæ perit atque iacet languore ſepulta ſtet huius
Auxilio rurſus ſarcirier, atque ruinam
Inde œdema trahit ſuper hæc, & tetra phlogoſis,
In melius ſuper hæc referuntur & inde lienum
Sæuæ durities, nec ſpe fruſtratur ocelli
Sperans inde ſui tetricas inhibere tenebras.
Crapula quem iactat, necnon epinyctides vrgent,

Inde me-

Inde medela fluet, ſpe non fruſtraberis inde
Inſuper, & blandis hygieæ appelleris inde
Regnis quem paſcit phagedæna, ſaluſque paratur
Vlcera quem voluunt cacoethe, longius inde
Ne graſſentur item cohibebis damna capilli.
Semen verò cutis maculam depellit, & aufert
Cœliaces queſtum. Remorantem cyma propellit
Vrinam. Succus remorantia menſtrua ducit,
Aluum præterea mouet, & quæ ſorde redundant
Vlcera, quæque diu laniarunt membra coercet,
Et purgat cerebrum, nec non cruciamina ſæua
Dimouet articuli, tormentáque ſæua podagræ.
Iuppiter omnipotens ad ſydera laude togatos
Ferre volens ciues, Troiam delere ſuperbam
Conceſſit diuis, nec enim potuere phalanges
Atque rates Danaûm, ſed nec Laertius heros
Nobilis ingenio, nec equi fabricator Epeus,
Nec Sinon ille dolis inſtructus, & arte Pelaſga:
Namque licet blandis ſuperaret Thaida verbis,
Non ita pondus habet, quamuis per numina cœli
Deieret, ac genium, dextramq́, deoſque penates.
Ergò duos pelagi Feronia Iuno dracones
A Tenedo verſus Sygeia nare iubebat
Agmina, nec Priami quemuis de gente ruentis
Inuolitare, quaſi pœnas luat improbus vnum
Laocoonta, ſuas, vel eo genitore creatos.
Vt loca Troiugenûm tenuerunt plœna, Tonantis
Corripuere duo Niſyræi pignora myſtæ,
Atque patrocinio genitoris adeſſe petentis
Membra ligant ſpiris, & rictu immane cruentant.
Bellua quem ſimilis furioſo dente petiuit,
Nec non tabifico feralis vipera rictu,

Hinc vocet auxilium, nam victor abiuerit illinc.

Caput 112.

κράμβη θαλασσία Græcis: Braſsica marina Latinis.

Braſsica quæ raucum vel ſurdum littus inumbrat
Acroris pollet genio vehementer, & vndam
Cum primis etiam cumulatè detrahit aluo:
Sed non parua tamen ſtomacho diſpendia conflat.

Caput 213.

κρίνον ἢ λείριον Græ. Lilium & roſa Iunonia La.

Lilia ſubueniunt capiti quod frigore tardo
Languet, odoratu. Folium radixq; ſupinè
Mollit, & abſterget, coquit, & deſiccat: at illud
Hac verò abſterget ſocordius: hincq; trahentes
Hæcce moram ducit menſes, læpræq; medetur,
Tollit præterea ſcabiem, rugáſque ſeniles,
Alphos præterea fugat, & propulſat achores,
Nec non teſticuli premit atque phlogoſin abercet,
Et plagam pecoris quod inundat labe veneni.
Radix & folium pulchrè medicantur aduſta,
Nec non durities vteri. Flos membra nociuo
Nequicquam peredit morſu, per cæca reſoluat
Spiramenta foras licet, & mollire feratur.

Caput 214.

κολόκυνθα Græcis: Cucurbita Latinis.

Ordine ſub bino madet, atque cucurbita friget,
Et fugat abſceſſus, ædemáque ſiue tumorem,
Feruentémque ſimul calidamque phlogoſin abercet,

Atque

Atque ſitim placat, tum verò leniter aluum
Deijcit. Aſt ægrè ſtomachi virtute domatur
Cruda, dein ſtomachum plus æquo ſumpta laceſſit
Euertitque ſimul, alimentáque pauca miniſtrat.
Sed cutis ardorem cohibent ramenta vel æſtum
A febre vel ſolis curru flagrante profectum,
Nec non ſiriaſim, & podagram, tormentáque ſæua
Tollunt auriculæ, calidamq; phlogoſin ocelli.

Caput 215.

Κυπάρισσος Græcis: Cupreſſus Latinis.

GErmen cupreſſi, & folium, pilulæq; comeſta
Fluxus veſicæ tollunt, ac ſedis, & arcent
Aſthma, dyſenteriam, reſperſaque ſputa cruore,
Nec non & tuſſim, lotijque moramina demunt,
Et ſiquidem leuiter ſunt, acria prorſus, amara
Paulo ſplendidius, vehementer acerba, gelaſcunt
Deſiccánque, dein ſtypſis virtute vigeſcunt.
Duritia, ac polypus, ſcaber vnguis, & hernia torquens
Inteſtina, dein carbunculus, atque phlogoſis
Lumina conficiens, memorato quolibet aptè
Membris impoſito liquidam ſparguntur in auram,
Hocq; poteſt etiam committi glutine vulnus,
Nec non hoc fluidi ſiſtuntur & agmina pacto
Sanguinis, atque ſenes poſſunt hoc tollere canos,
Quin & eryſipelas tenuem hoc vaneſcit in auram,
Nec non ventriculus fulcitur. Porrò moleſti
Inde fugam celerant culices nidore vaporis.

Caput 216.

Κέδρος Græcis: Cedrus Latinis.

POrrò cedrus ſiccátque calétque ſub ordine terno:
Cedria ſub quarto, nec non compagine membri

Valde donatur tenera, sordémque repurgat,
Inciditq́ simul, genióque acroris alacri
Pollet: at illudit crudeli corpora morsu,
Carnes præterea teneras glacilesue liquare
Fertur, & vlceribus grauis est onerátque phlogosi.
Nec non ascaridas, lendes, prolémque nefandam
Auriculæq́ simul vermes, partumq́ necare
Viuum fertur, item depromit lumine cassum,
Atque elephantiasin volucres dispergit in auras,
Et tormenta fugat dentis, dentémque refringit,
Conceptumq́ simul remoratur, & auris abercet
Murmura vel sonitus, aciémque resarcit ocelli,
Et leucoma fugat, leporisque per æquora sæua
Degentis phialæ mistum crudele venenum
Corrigit, atque leuat morsum plagamve ceraste.
Ast oleum cedriæ gracili compage redundat
Gnauius, & morsu leuius diuexat, & acri
Pollet energia dilutius, atque ricinos
Quadrupedum pellit, scabiémque coercet in ipsis.
Bacca cedri dicta virtute socordius autem
Pollet, & vrinam mensesque propellit, & adfert
Auxilium ruptis vulsisque, deinde refrænat
Et lenit tussim, leporisque per æquora sæua
Degentis phialæ mistum crudele venenum:
Sed si plus æquo sumas, dispendia confiat
Atque parit stomacho, morsuq́ lacessit eundem,
Nec non & capiti cruciamina sæua ministrat.

Caput 217.

Κερατωνία Græcis: Arbor siliquifera Latinis.

Arbor quæ profert siliquas virtute superbit
Stypsios, & siccat: nec non dulcore vigescit

Nono.

Nonnihil. At ſiliquæ genio decorantur eodem:
Sed prauos cumulant humores, atque domantur
Ægrè à ventriculo, tardéque feruntur in aluum.
Quæ viridant porrò ventri diſpendia conflant,
Alui præterea remorantia flumina ducunt:
At ſiccæ cohibent, lotiumque ciere feruntur,
Atque minora ſimul ſtomacho diſpendia conflant.

caput 218.

Κνίς Græcis: Galla La. Eſtq; duplex, maior, minor.

AErùm galla minor deſiccat in ordine terno,
Sub ſtatione gelans bina, ſtypſiſq; ſuperbit
Solerter genio, fluxuſq; repellit, & aphthas
Dimouet, & rutili manantia flumina nymbi
Quæuis amandat, nec non tormenta coercet
Dentis, & eminulam ſedem ſuluamq; propulſat,
Quin nigros etiam fertur præſtare capillos.
Magnáque, ſed leuius, genio decoratur eodem.

caput 219.

Κηρὸς Græcis: Cera Latinis.

CEra tenet medium calidi ſiccíq; ſupinè
Concoquit, & mollit, nec non per cœca relegat
Spiramenta parum qui conficit intima chymum,
Quinetiam craſſa membri compage ſuperbit
Leniter, & nimium patulos infarcit hiatus.

caput 220.

Κρόκος Græcis: Crocus Latinis.

ORdine ſub primo ſiccatq; caletq; ſecunda
Sub ſtatione crocus, lotijq; moramina tollit.

Nec non inſtruitur ſuper hæc alimenta coquendi
Munere, tum ſtypſis: verum dilutius illud
Exhibet, & mollit. Ne crapula torua minetur
Et ferat exitium, ne rheuma laceſſat ocellos,
Ac ne Therſites, Bromius, Tyrthæus, & Irus,
Nec non Hipponax furibundi ſcriptor iambi
Concutiant riſu populos rumpantve, coloris
Ob lenocinium quod ijs natura negauit,
Hæc dabit, hæc etiem dictis etiamque reſiſtet.
Ite procul roſei quarum iam flammea nuper
Euinxere caput ſaturata colore pudoris:
Hoc è fonte cadunt quam ius eſt plura ſalacis
Dona Palepaphiæ: lateris ſit cura mariti,
Sit ſtudium vobis. Manet hinc quoque prompta ruina
Quæ ſacrum referunt ignem ſpirantve phlogoſes.

caput 121.

Κυδωνία μηλέα Græcis: malus Cydonia, & Cotonia Latinis.

AT quæ poma Cydon Cretæo miſit ab orbe
Sub grege frigeſcunt primo, ſiccantq; ſecunda
Sub ſtatione, valent reliquis maiore deinde
Stypſis energia, lotiumque ciere feruntur,
Commoda ſunt etiam ſtomacho. Sed cruda fluentum
Compeſcunt alui, choleræque medentur: & aſthma,
Nec non ardorem ſtomachi, nocuamque phlogoſin
Vberis amandant, dein inteſtina cruenta
Cœliacenq; premunt ſimul, eduróſque lienes,
Vndantémque ſimul compeſcunt pure ſcreatum,
Præterea cohibent & condylomatos iram.

Caput

Caput 222.

Κάςανα, Σαρδιάναι βάλανοι, βαλανοι Διός, ἃ λόγιμα Græcis: Caſtaneæ, glandes Iouis, & Sardianæ Latinis.

Vires caſtaneis cum glande dabuntur eædem.

Caput 223.

Καρυον βασιλικὸν, ἃ Περσικον Græcis: Iuglans, nux regia, & Perſica Latinis.

IVglandes ægrè ſtomachi virtute domantur,
Et pariunt bilem, nec non cruciamine verſant
Exercentque caput, dein tuſsi membra laceſſunt,
Officiunt etiam ſtomacho, viruſque coercent,
Atque iuuant vomitum, luxatáque membra refrænant
Abſceſſumq; ſimul, mammæq; phlogoſin: & arcent
Tormina, deinde hominis tollunt vigiliſque penatum
Cuſtodis plagam. Verùm per cæca reſoluit
Spiramenta truces chymos, præſtátque tenella
Parte vetuſtarum nucleus vehementer, & aufert
Quæ magnum iactant tubercula luminis orbem,
Gangrænæque dolis obnititur, atque glabreta
Quis ob vafritiem toto celeberrima mundo
Vel captis viſu poſuit vulpecula nomen
Amouet, & læſos neruos, anthracáque tollit.

caput 224.

Καρυα Ποντικα, ἃ λεπτοκαρυα Græcis: Nuces Ponticæ, Prænestinæ, & auellanæ Latinæ.

POntica ſplendidius nutrit iuglande, magiſq;
Friget & auſteri decoratur munere guſtus,

Nec non

Nec non & craſſa ſuper hæc compage ſuperbit
Gnauius: in reliquis verò par eſſe refertur.

Caput 225.

Κώνειον Græcis: Cicuta Latinis.

NOn ſecus ac mures piceum libamen, & hami
Squamigeræ carpunt epulas crudele per æquor
Quæ vitam ducunt pecudes, ientacla cicutæ
Mandis, & exitium veſani ſoricis inſtar
Vltrò tibi accerſis: frigeſcunt namque viritim.
Si per multa trahas Veneris ludibria ſomnum,
Corruit impoſitu ſtirpis malefida voluptas,
Sed iactura tamen nonnulla accedet: eadem
Namque iacebit iners opera languore ſepultus
Penis, & hac gracilem ius eſt ſeruare mamillam.
Tuſus verò latex è culmine præſtat ocelli
Efferane flagret vel ſæuiat ira dolorum,
Atque vt eryſipelas herpeſque recedat in auras.

Caput 226.

Κιρκάια Græcis: Circæa Latinis.

CIrcææ radix ſuauem diffundit odorem,
Atque calefactat, ducitq́ mouetq́ ſecundas.
At verò ſemen diſtendit lacte papillam.

caput 227.

Κίσσος, κίτταρος, ἢ κίσσαρος Græ. Ciſtus La.

STypſis energia ciſtus decoratur alacri.
Frons & germen idem præſtant, ſiccantq́, deinde

Vul-

Vulnera committunt viſco. Sub claſſe ſecunda
Deſiccant flores, nec non maiore redundant
Stypſis energia, nimiumque fluentia ſiſtunt
Flumina, putrores etiam ſanare feruntur,
Atque ambuſta ſimul cohibent, queſtuſque nomarum.

caput 228.

κίσος ἡ λάδανον Græ. Ladanum Latinis.

LAdanon eximiè calefactat in ordine primo,
Verùm diluta ſtypſis virtute ſuperbit,
Emollitque ſimul mediocriter, atque relegat
Per cœcos abitus, coquit inſuper, atque tenella
Parte viget, nec non auris tormenta refrænat,
Et morbos uteri tollit, reſidéſque ſecundas
Vrinámque ciet, tuſſimque propulſat & aufert,
Deciduiq; ſimul pellit glabreta capilli,
Quîs ob vafritiem toto celeberrima mundo
Vel captis viſu poſuit vulpecula nomen.

caput 229.

κλινοπόδιον Græcis: Clinopodium Latinis.

PLanta pedem ſimulans fulcri calefactat & aret
Ordine ſub terno, gracili compage redundat
Inſuper, atque ciet partus menſeſque morantes,
Proritátque ſimul lotium: plagamque veneno
Fœtæ ſerpentis, nec non acrochordones aufert,
Rupturamque fugat ſuper hæc, vulſiſq; medetur.

Caput 230.

Κόκκος βαφικὴ Græcis: Coccus & granum infectorium, vel tinctorium Latinis.

Coccus

Coccus tinctorum guſtu decoratur amaro,
Nec non exiccat, ſtypſiſque vigore ſuperbit,
Nec tamen inuiſa prædatur corpora morſu,
Magnum præterea vulnus neruique refrænat.

Caput 231.

Κόλλα, ξυλοκόλλα, ἢ ταυροκόλλα Græcis: Glutinum & gluten taurinum Latinis.

E corio tauri gluten deterget, idémque
Calfacit, & celerat, lepriſque medetur, itémque
Pacat lichenem, ſuper hæc ne membra deuſta
Phlyctænis rigeant præſtat, vulnuſque repellit.

caput 232.

Κόμαρος Græcis: Arbutus Latinis.

ARbutus & pomum guſtu donantur acerbo,
Sedant præterea peſtim, capitiſque dolores
Gignunt, tum verò ſtomacho diſpendia conflant.

Caput 233.

Κόμμι Græcis: Gummi Latinis.

SIccat, & infarctu cingit ſpiracula gummi,
Nec non ſcabritiem de corpore tollit hiulco.

Caput 234.

Κονία Græcis: Lixiuium Latinis.

PRæreliquis ſiccat, nec non abſterget & aufert
Sordes, & tenera ſuper hæc compagine membri

Præſtat

Præstat lixiuium tithymalli ex puluere manans
Et ficus: ideo ferè vexat corpora morsu.

Caput 235.

Κρῆθμον Græcis: Crethmum Latinis.

CRethmon amaroris pollet virtute supina,
Nec non & gustu salso decoratur, & aret,
Abstergitque simul, mensesque propellit inertes
Vrinamque, fugat super hæc auriginis iram.

caput 236.

Vt cardiaca cum Græcis, tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

ORdine sub terno siccat, binóque calescit
Et per cæca fugat nocuum spiracula chymum:
Quin & amaroris vehementer dote redundat
Herba, sibi nomen quæ nunc inuenit Achiuum,
Scilicet à tremulo cui prodest corde, recludit
Infarctus etiam, nec non incidere fertur,
Nec fraudi fuerit spasmi cupientibus iram
Tollere, dein fœtum prius ac sperauerit ægra
Detrahet ex vtero, paresis & tyrannide quassis
Præsidio fuerit, spumantia fræna deinde
Morbo subduerit comitia rumpere sueto,
Et mouet vrinam, mensesque propellit inertes:
Quin te spes habeat lumbricos inde necari.

Caput 237.

Κρίμνον Græcis: Crimnum Latinis:

Ægrè conficitur crimmum, nutritque viritim.

Caput

caput 238.

Κροκοδείλιον Græcis: Crocodilium Latinis.

Semen quod profert crocodilion aret, idemq;
Calfacit, atque foras per cœcos mittit hiatus,
Nec non acroris genio decoratur alacri,
Quinetiam lotium menſeſque propellit inertes,
Atque lienoſis confert ſpleniſve tumori.
Radix thoracis craſſamina lenta propellit,
Nec non per nares deducit ſanguinis imbrem.

caput 239.

Κυνόβατος Græcis: Rubus caninus Latinis.

Typſis energia vehementi bacca canini
Sentis donatur, ſediſque fluenta coercet.
At folium ſtypſis mediocri dote ſuperbit.

caput 240.

Κύπρος Græcis: Cyprus Latinis.

Spargit, & aſtringit folium germénque cyprinum,
Deſiccatq; ſimul, nec torquet corpora morſu,
Membra deuſta rogo leuat inſuper, atque phlogoſin
Ardentem ſopit, nec non anthraca coercet,
Aphthas præterea volucrem diffundit in auram.

Caput 241.

Κύτισος Cytiſus Latinis.

At verò cytiſi folium per cœca relegat
Spiramenta truces chymos, præſtatq; tepore.

Caput

caput 242.

Καδμεα Græcis: Cadmia Latinis.

SIccat, & abstergit mediocriter, atque meatus
Impedit infarctu cadmia. Sed vsta deinde
Lota fugat sordes, nec non desiccat & aret,
Idq; citra morsum, nimióque liquore madescens
Vlcus, vt & putridum quod mollia corpora tentat
Amouet. At verò botryitis parte tenella
Multò præstat ei cui nomen crusta ministrat.
Et natiua præit superátque labore paratam.

caput 243.

Καμπη Græcis: Eruca Latinis.

QVæ depascit olus eruca propulsat, & arcet
Vulnera quæ dederit serpens furiosa veneno.

Caput 244.

Καυθαριδες Græcis: Cantharides Latinis.

SVb legione calent quarta, marcentque secundo
Sub grege Cantharides, lepriſque medẽtur, & arcẽt
Clauos, & scabros vngues: at membra fatigant
Vlcere, ni iungas alijs frænantibus harum
Virus: & interimunt, stomacho si dentur abundè.

Caput 245.

Κενταύριον μέγα Græ. Centaurium magnum La.

PLantæ maioris radix qua vulnus abegit
Phyllirides quondam Chiron præceptor alacris

Pelidæ genio decoratur ſtypſis, & acri,
Nec nihil exigua præſtat dulcore vigetq́.
Ne mors excipiat tetra pleuritide quaſſum,
Ne ruat in fauces Erebi, Stygiamq́ paludem
Quem ruptura tenet, ſubeatque pericula vitæ
Quem dyſpnœa coquit, ſputumque cruore madeſcens:
Hinc vocet auxilium, nec non ſpes firma deinde
Illinc ſi vulnus cruciamina tetra leuari,
Ex animi voto ſucceſſerit inde medela
Inſuper optanti coniungere glutine vulnus.
Nec non expromptum petat inde puella iuuamen,
Quæ ſecum ſtatuit remorantes ducere menſes.
Vt vitæ curſum teneat quem ſpaſma laceſſit
Hinc imploret opem, nec non hinc lumine caſſus
Promitur ex vtero fœtus, ſed traditur Orco
Nec non & ſupero viduatur lumine viuus.
Quem vetus exercet tuſſis, vel tormina rodunt,
Hac authore ſalus quoque blanda venire refertur.

Caput 246.

Κενταύριον μικρὸν Græcis: Centaurium paruum La.

AT verò paruæ radix qua vulnus abegit
Phyllirides quondam Chiron præceptor alacris
Pelidæ nullos vt dicunt cedit in vſus.
Flos tamen atque etiam folium ſolerter inaret,
Quin & amaroris profuſa dote ſuperbit,
Aſtringitque parum, nec vexat corpora morſu,
Nec non colluuiem ſordis profligat. Inanem
Non ſumes operam qui vulnera glutine poſcis,
Atque cicatricis dono farcire laboras
Illinc, quinetiam permultum feceris illinc

Lucri

Lucri quem vexant tormenta ferocia lumbi,
Quin nec te fugiat syringa domarier illinc,
Duritiasque simul veteres. Inopina salutem
Fors ostentarit super hæc languentibus æstro
Rhegmatos hincce, simul nerui languentibus ira,
Nec secus atque volunt cadet & res hincce, lienem
Qui tentant durum lenire, iecurq; leuare
Prorsus ab infarctu, lentósque propellere menses,
Nec non & lotium, partus, crassamina, bilem.

Caput 247.

Κύαμος Græcis: Faba Latinis.

SEd faba deficcat frigetq; sub ordine primo,
Membráque distendit flabris, ægrèq; domatur
A stomacho, generat super hæc simulachra quietis
Turbida, quinetiam tussim profligat, & alui
Profluuium cohibet, dein intestina cruenta
Sistit, item vomitum, podagræq; tyrannida mulcet.
Quinetiam flabris exundat cocta: sed igni
Frixa flabellorum viduatur labe, sed ægrè
Fertur in anfractus alui, stomachóque domatur
Peius, & in cunctos lentè diducitur artus,
Prona melancholiæ super hæc alimenta ministrat.
Immatura citò petit intestina, nutritq;
Parcius, & nimio distendit membra liquore.
Stypsios ignaua cortex virtute redundat.
Sed caro detergit quam ius est parcius. Alphos
Ac œdemã simul, nec non hypochyma refrænat
Lomentum, atque iuuat grumosas lacte papillas,
Testiculiq; simul mammæque phlogosin abercet,
Atque vuas oculi, tum fugillata repellit,

Prominuliſq; ſimul læſiſque medetur ocellis,
Et has extinguit, ſæuámque parotida mulcet,
Contuſoſque iuuat neruos, ac vulnere preſſos,
Et maculas vultus à ſole flagrante profectas
Ceu reliquas etiam: glabretáque ſeruat ephœbis.

caput 248.

Κάρου ἢ καρῶν Græcis: Carum Latinis.

ORdine ſub terno carum calefactat & aret,
Quin acroris idem moderata dote ſuperbit,
Concitat vrinam ſuper hæc, gratumque palato
Dicitur, ac ſtomacho, dein atra venena repellit,
Coctura mq; iuuat, nec non flabella coercet.

caput 249.

Κυνόγλωσσον Græcis: Lingua Canina Latinis.

LEnit alopeciam cynogloſſon, & vſta medetur,
Et canis obliterat morſus, aluumq; propellit.

caput 250.

Κνίκος ἢ κνῆκος Græcis: Cnicus & cnecus La.

ORdine ſub terno calet, ac detergit, & vndam
Cneci propellit ſemen, tum phlegma per aluum.
Si furibunda coli tormenta fugare labores,
Magna patrocinij tibi ſpes affulgeat inde,
Imò nec inde moram petulantia nectit hydropis.

Caput 251.

Καρκίνος ποτάμιος Græcis: Cancer fluuiatilis La.

Cancer

Cancer qui fluuium colit, vstus marcet ad instar
Limacis, tabem super hoc, plagamque veneno
Fœtæ serpentis, leporisque per æquora sæua
Degentis phialæ mistum crudele venenum
Dimouet, atque pedum rimam sediq; propulsat,
Carcinoma simul demit, morsusque penatum
Custodis rabidi, ne nutes lector, abercet.

Caput 252.

Κοχλίας Græ. Cochlea & limax Latinis.
Estque quadruplex Dioscoridi, Κεφσάιος, terrestris: θαλάσσιος, marina: ποταμιος, fluuiatilis: καὶ ὁ ταῖσ ἀκανθαισ, καὶ τοῖσ ταμνίσκοισ προσκεκολλημένοσ ἄγριοσ, agrestis quæ vepribus & frutetis adhæret.

Vstæ cum testis cochleæ solerter inarent,
Atque calent modicè, dein intestina cruenta
Quis non vlcus adest fœdo putrore madescens,
Si piperis niuei gallæque minoris eisdem
Portio iungatur sedant: cum melle vigorem
Conciliant oculis, næuósque à sole profectos,
Atque cicatrices oculi, leucoma, lepramq;,
Alphos præterea, quæ fuscat inertia dentes
Insuper, abstergent. Sed menstrua tarda propellunt
Crudæ cum testis, podagræq; phlogosin abercent,
Hydropémque simul desiccant, atque tumores
Articuli madidos, nec non quos plaga vel ictus,
Thlasmáque suppeditat, tormentáque sæua coercent
Vesicæ atque coli. Sed nerui vulnera iungit
Glutine sola caro thuri connexa, fluorem
Naribus è patulis manantem sistit aceto
Mista. pilos abigit palpebræ mucus, & idem

Glutine compingit fluxum qui verſat ocellos,
Et deſiccat eum. Stomachi virtute domatur
Ægrè terreſtris, cum duræ carnis habere
Conſtet eam corpus, quin & corrumpitur ægrè.
Tethyos, ac Panopes, Phorci, Tritonis, & Hippi
Cærula ſtagna colens, & iniqui marmoris vndam
Fertur in anfractus alui ſolerter, & adfert
Emolumenta ſimul ſtomacho. Fluuiatilis autem
Tetrum virus olet. Viridantia porrò fruteta
Lentè perreptans ventrem ſtomachumq́ laceſſit,
Multo præterea vomitu thoraca fatigat.

Caput 253.

Καστόριον Græcis: Caſtorium Latinis.

CAſtorium ſiccatq́ caletq́: deinde viritim
Donatur tenera membri compage, ſuperbit
Acri præterea guſtu, madidumque cerebri
Pulmoniſq́ ſimul gelidumq́ pathema refrænat,
Nec non & menſes, partus, reſidēſque ſecundas
Elicit: & ſpaſmum, ſcelerata venena, tremorem,
Tormina, ſingultus, nec non dyſpnœan abercet,
Omnes præterea morbos ex frigore natos
Atque madore fugat, vehemens ni febris aduret.

Caput 254.

Κάππαρις Græcis: Cepæa Latinis.

VEſicæ ſcabiem cepæa repellit, inertis
Præterea lotij remoramina lenta propulſat.

Caput

Caput 255.

Ἐλάφου κέρας Græcis: Cornu ceruinum La.

CRudi ceruorum cornu nidore fugantur
Diræ serpentes. Sed adustum fulcit iniquo
Gingiuas fluidas dentésque madore, nitorem
Præterea denti conflat. Si verò lauetur
Inteſtina premit roſeo madidantia nymbo,
Cœliacenq; ſimul, nec non auriginis iram,
Sputáque ſanguineo reſperſa liquore refrænat,
Veſicæque ſimul tormenta ferocia lenit,
Nec non & fluxus nimios deſiccat oſcelli.

Caput 256.

Καλαμίνθη Græcis: Calamintha La.

CAlfacit & ſiccat calamintha ſub ordine terno,
Liberat infarctu, gracili compage ſuperbit,
Et per cæca fugat nocuum ſpiracula chymum,
Et trahit ex alto, nec non abſtergit, & acri
Pollet energia fœliciter, atque ſupino
Præſtat amaroris genio: ſed corpora morſu
Tentat, & vlceribus, lotium menſéſque propellit
Inſuper, atque mouet ſudores, temperat iram
Spaſmatis hæc etiam, quin nec ſpe ludit inani
Pellere conantes illinc furibunda venena.
Corripit inde fugam ſuper hæc lumbricus, & inde
Sole frui dabitur quem tormina dira laceſſunt,
Quin & apud ſuperos aget inde diutius, atrox
Quem tenet iſchiadis rabies, & carpſerit auras
Illinc vitales cui plaga nefanda veneno
Fœtæ ſerpentis Cocytia regna minatur.

Verterit hinc etiam benè ſugillata ſtudenti
Tollere, quinetiam tenuem hinc fundetur in auram
Sæua leontiaſis, ne te ſub Tartara mittat
Itterus, hinc animo ſedeat lenimen haberi
Inſuper, hincque datur ſuper hæc ne vita per auras
Eius qui cholera torpet concedat ad imos
Manes, hincque ſalus manat, ſi membra rigore
Concutiantur: item vermis qui ſæuit in aurem,
Vel partes alias quæ dira labe nimiſquam
Vlceris vrgentur, vita defungitur illinc.
Hac duce præterea blando reddere ſalutis
Regno, quem vexat ruptura, vel aſthma laceſſit.

Caput 257.

Κοκκύμηλα Græcis: Pruna Latinis.

POllet amaroris prunum virtute, vel acri
Præſtat energia, guſtuue ſuperbit acerbo,
Dulciſque viget vel dote redundat: iiſdem
Non igitur ſtatuas animo hinc ſuccurrere morbis.

caput 258.

Κέγχρος Græcis: Milium Latinis.

ORdine ſub primo friget, ſed in ordine terno
Deſiccat milium, nec frangit corpora morſu,
Quinetiam tenera leuiter compagine membri
Conſtat, alitque parum, & cruciaminà mulcet, & aluũ
Frænat, & vrinæ lotijve moramina tollit.

caput 259.

Κίσσος Græcis: Hedera Latinis. Eſtque triplex, candida, nigra, & helix ſeu clauicula.

Sed

Sed perhibent hederam ſtypſis virtute, vel acri
Ornari leuiter, demitq; vetuſta fluenta
Et leuat auriculæ, nec non antiqua repellit
Vlcera, quæ partes miſerè populantur eaſdem,
Ac fœtore leuat patulas, ſimul vlcere nares:
At lædit neruos. Qui largius haurit eandem,
Non minus inde furit quam Prœtides, atque Theocles,
Alcmæon, Athamas, Pentheus, Menedemus, Agaue.
Verum flos hederæ fugat inteſtina cruenta,
Nec non ambuſtis prodeſt. Quæ pure redundant
Subuenit auriculis, nec non quæ peſte doloris
Vrgentur foliũ, ſuper hæc ambuſta coercet,
Atque vetuſta ſimul capitis tormenta: cerebrum
Deplet, & infarctu leuat exoluitque lienes,
Vlcera ſint quamuis cacõethe hinc placat, & aufert
Quem iubaris Clarij dederint incendia næuum.
Bacca ciet menſes, capitiſque vetuſta refrænat
Delinitque ſimul tormenta, expletq; cerebrum,
Quæ dolore nimis verſantur mitigat aures
Pureq; promanant. Cui tetra phalangia dentes
Illiſere iuuat radix. Sed calculus ater
Deperit à lachryma, nec non procul hacce faceſſunt
Agmina myrmecum que nutrit ſylua capilli,
Manant hac etiam rigidos glabreta per artus.

caput 260.

Κρόμμυον Græcis: Cæpa & cæpe Latinis.

Ordine ſub quarto calet, atque oſcilla recludit
Vaſorum, craſſa viget & compagine membri,
Nec non acroris genio vel dote ſuperbit,
Extenuátque ſimul, nec non abſtergit, & atro

Cepa vorat morsu quæ tangit membra, sitimq;
Colligit, & flatus molitur, & exterit alphos,
Quin menses etiam ciet, vrinamque propellit,
Ac hypochyma simul demit, lapsumque vigorem
Luminis emendat, nubemque repellit, & aufert
Argema, tum verò sanat quæ pure madescunt
Aures, quæq; sonant strepitu vel murmure sedat,
Quin & alopeciæ glabreta coercet, & alui
Compescit fluxum, variscq; medetur, & aufert
Anginam, nimio dein expedit imbre cerebrum.

caput 261.

Κριθὴ Græcis: Hordeum Latinis.

HOrdea desiccant frigentque sub ordine primo,
Quinetiam tergent leuiter, flabelláque gignunt:
Sed spoliantur ijs decocta, vigentq; tenello
Membro, quàmq; fabæ nutriunt impensius, etsi
Munere donentur simili, dum cætera spectas.

Caput 262.

Κυκλάμινος Græcis: Cyclaminus, rapum, tuber, & vmbilicus terræ Latinis.

CAlfacit & siccat cyclaminus in ordine terno,
Et per cæca fugat nocuos spiracula chymos,
Atque trahit, venæ super hæc oscilla recludit,
Extenuátque simul, nec non abstergit, & aluo
Phlegma soporiferum laticémque propellit inertem,
Detrahit ex vtero super hæc & lumine cœli
Fraudatum partum, viuentis morte resignans
Lumina, quin menses etiam proritat & effert

Segnes,

Segnes, tum verò scelerata venena refrænat,
Morsum præterea diri serpentis abercet,
Ictericumq; fugans, nimio caput expedit imbre,
Sedem prominulam dein amouet, atque vigorem
Luminis obtusum, & strumas, herpeta, podagram,
Duritiesque simul, nec non tubercula, næuos
In cute quos genuit Clarij petulantia Phœbi:
Quin & alopeciam, nec non hypochyma, lienis
Molem, dein paresin, capitisque vetusta propulsat
Neruorumque simul tormenta, ferosque dolores
Seu tormenta coli fugat, & comitia suetum
Disturbare pathos, simul exanthema, deinde
Vulnera, quæq; caput tentant vlcuscula sopit,
Sudoresque mouet crocea qui bile notantur.

caput 263.

Κύπειρος Græcis: Cyprus & cyperus Latinis.

Calfacit & marcet radix siccatue cyperi,
Nec nihil extenuat, leuiterque astringit, & ora
Vasorum pandit, nec tentat corpora morsu.
Inde medela fluet super hæc abolere petenti
Scrupum, sin animus tulerit propellere menses
Vrinamque simul, tibi spes affulgeat inde,
Cesserit ex animi voto medicamen & inde
Pellere conanti vulnus, quod scorpius ater
Implicuit membris, hygieæ aduenerit axi
Inde simul cuius corpus tardatur hydrope,
Nec non inde fugit vluæ præclusio, atroxq;
Eiusdem frigus, dein vlcera rore fluentia,
Et quæ suffarcit magna cum mole cicatrix,
Tum quæ plus nimio prædantur & ora lacessunt.

Caput

caput 264.

Κιννάβαρις Græcis: Cinnabaris Latinis.

Cinnabaris præstat stypsis virtute socordi,
Nec non acroris diluta dote vigescit.

Caput 265.

Κίσσηρις Græcis: Pumex Latinis.

PVmex ambustus gracili compage redundat,
Nec non acroris diluta dote vigescit,
Auxilióque iuuat si fuscet inertia dentes
Gingiuásque simul, nec non abstergit, & aufert
Sordis colluuiem quouis à corporis artu,
Nec non pupillis tenebras parientia demit,
Gingiuásque simul fluidas humore refulcit,
Molem præterea depellit carnis hiulcæ.
Exuit acrorem lotus, carnémque restaurat.

Caput 266.

Κοράλλιον Græ. Corallium & Coralium La.

COralium siccat vehementer: idémque gelascit,
Astringitq; simul mediocriter, atque fluentum
Sanguinis amandat, nec non depellit hiulcæ
Molem carnis, item premit intestina cruenta:
Atque genorrhœan, menses, vteriq; fluenta
Quæ splendore nitent frænat, minuitq; lienes,
Atque dysuriæ succurrit, & amouet oris
Vlcera, quinetiam comitia rumpere suetum
Ablegat morbum, dentésque refulcit iniquo
Plus satis instabiles humore, fugatq; tremenda

Tormi-

Tormina. Quinetiam quòd ſi mergare nefaſtis
Curarum nebulis hominum veſtigia vitans
Inſtar Nyctimenes, aut Bellerophontis Alæi,
Frigida curarum fomenta reliqueris inde.

Caput 267.

Κιβώριον, κιβώτιον, ἢ κύαμος Αἰγύπτιος Græc.
Faba Aegyptia Latinis.

SEd faba quam tellus Ægyptia miſit abundat
Excrementitio liquore, deinde madeſcit
Vberius noſtra, ſtypſiſque vigore ſuperbit,
Et confert ſtomacho, dein inteſtina cruenta
Cœliacenq́ premit. Sed cortex præſtat idipſum
Plœnius. At medium nuclei decoratur amaro
Guſtu, atque auriculæ tormenta ferocia lenit.

caput 268.

Κόστος Græcis: Coſtus Latinis.

CAlfacit, acroris vehementer dote redundat
Coſtus, & ignauè genio decoratur amaro,
Et trahit ex alto, ſed macerat vlcere corpus,
Atque ciet menſes lotiumque, iuuatque rigorem.
Quin hac præterea ſpem certam ponat in herba
Viperei dentis qui vulnere ſaucia geſtat
Membra, fugamq́ petit lumbi cruciamen eadem
Stirpe, nec hac animo certè ſpes haurit inanes
Qui mulcere ſtudet pareſin. Dein eripit Orci
Faucibus hæc eadem ſæua pleuritide quaſſum,
Auxilióque iuuat cui dira pathemata vuluæ
Sedes Tartareas minitantur & oſtia Ditis,
Et rapit in Venerem ſegnes tardóſque maritos,

Atque ma-

Atque manus adhibet medicas à sole profectis
Næuis, præterea latos helmynthes abercet.

caput 269.

Κόρεις Græcis: Cimices Latinis.

INditus in penem cimex qui viuit abercet
Vrinæ tardæ sufflamina tarda morasue.

Caput 270.

Κλύμενον Græcis: Clymenum Latinis.

STypsis energia clymenum decoratur, idémque
Friget, & hinc rutilo madidantia sputa liquore,
Et fluxus roseos uteri compescit, & aufert
Præterea rutilum fluitantem exnaribus imbrem.
Porrò cicatricis dono coniungit & vnit
Vulnera frons pauco quæ tempore membra grauarunt.

Caput 271.

Κροκόμαγμα Græcis: Crocomagma La.

CAlfacit, & mollit crocomagma, coquitque, vigorem
Luminis emendat, lotijque moramina tollit.

Caput 272.

Κλήθρα Græcis: Alnus Latinis.

POrrò recens alui folium pacare tumores
Dicitur impositum, diramque iuuare phlogosin,
Confectos itidem nimio ue labore trahentes
Ægrè membra iuuat, nec non refocillat, eundi.

Caput

Caput 273.

Κάππαρις Græcis: Capparis Latinis.

Capparis emarcétque caletque: deinde viritim
Pollet amaroris genio, ſed dote ſuperbit
Acri languidius, minimumque vigeſcit amara,
Nec non extenuat, terget, per cæca reſoluit
Spiramenta, dein purgat, conſtringit, & aurem
Vindicat infeſtis à vermibus, atque cerebrum
Deplet, & humores tardos miſtoſque cruori
Idque per anfractus lotij propellit & alui,
Menſes præterea ciet, vrinamque propellit.
Dentibus exciderint hac ipſa ſtirpe dolores
Inſuper & lumbo. Cui ſtat ſententia ſplenis
Tollere duritiam, permultum ſentiet inde
Frugis, ad exitium ſuper hæc hinc ſtruma vocatur,
Atque angina ſimul, nec ſpe lactatur inani
Præterea cupiens illinc quæ ſorde madeſcunt
Vlcera, quæq; diu laniarunt membra, tumores
Et duros, nec non pareſin, podagramque fugare,
Præterea hinc etiam compendia magna parantur
Spaſmata vel niueos alphos inhibere volenti.

Caput 274.

Καυκαλὶς Græcis: Caucalis Latinis.

Caucalis vrinæ lotijve moramina tollit,
In reliquis etiam dauco par eſſe refertur.

caput 275.

Κόνυζα Græcis: Conyza Latinis.

Vtraque marceſcit terno flagratque conyza

Sub

Sub grege, quinetiam guſtu decoratur amaro,
Nec non acroris virtute ſuperbit, & arcet
Præterea morbos vuluæ, capitiſque dolori
Prodeſt, nec ducas hanc flocci quiſquis ab atro
Saucia membra geris ſerpentum dente. Nec aura
Veſcier ætherea ceſſaueris, inde reſiſtens
Arquati furijs, quin hinc fœliciter exit
Cœpta medela tibi concuſſo labe rigoris,
Eius præterea non rumpent ſtamina Parcæ
Qui dum læſus erit greſſum hinc ſub tecta ſalutis
Flectere conſtituet, langueſcens tormine mætam
Repperit hinc etiam finemq; doloris acerbi,
Hincq; agitare fugam tubercula, deinde morantes
Coguntur menſes, lotij fœtuſque moramen.

caput 276.

Κοτυληδὼν Græcis: Cotyledon, vmbelicus Veneris, & acetabulum Latinis.

FRiget, & abſterget cotyledon, atque reſoluit
Per cæcos abitus, reprimitq; vigore ſupino
Præſtat amaroris ſuper hæc, & ſtypſios æquè
Donatur genio leuiter, ſtomachumq; flagrantem
Sopit, itemq; mouet lotium, ſcrupoſque refrænat,
Quin & eryſipelas, nec non hydropa, phlogoſin,
Et ſtrumas abigit, nudatque virilia tecta.

caput 277.

Κρανια Græcis: Cornus Latinis.

GErmina tum frondes corni vehementer inarent,
Et ratione pari guſtu decorantur acerbo,

Præ-

Præterea vulnus præduri corporis æquè
Glutine coniungunt. At ſtypſis dote vigeſcit
Bacca valetue, dein guſtu decoratur acerbo,
Atque alui cohibet manantia plœnius æquo
Flumina, quinetiam leuat inteſtina cruenta.

Caput 278.

Κύμινον Græcis: Cuminum Latinis.
Eſtque duplex, ſatiuum & ſylueſtre.

CAlfacit, & ſiccat ſemen, ſtringitque cumini
Quod per Hamadryadum viridaria ſurgit in aura
Menſtrua plus nimio fluitantia ſiſtit, & aſthma
Tollit, item plagam diri ſerpentis abercet,
Nec non qui patulis manat de naribus imbrem
Sanguinis, & flatum ſedat, teſtiſque phlogoſin:
Viuida pallidulo ſed tingit membra colore.
Sed quod veſtit agros, magis hoc virtute ſuperbit
Acroris, flatum dein amouet, atque phlogoſin
Teſtis, & horrendæ plagam ſerpentis abercet,
Nec non ſingultus & ſugillata refrænat,
Et confert ſtomacho, dein effera tormina lenit.

Caput 279.

Λαθυρίς Græcis: Lathyris Latinis.

ORdine ſub terno flagrat, ſed corte lathyris
Humet ſub prima, tithymalli dote vigeſcens.

caput 280.

Λάπαθος, λάπαθον, Græcis: Lapathus, Lapathum & rumex Latinis.

AT lapathus betæ genio decoratur eodem.

Caput 281.

Λίνον Græcis: Linum Latinis.

Ægoceri, ſemen linorum, dote ſuperbit.

Caput 282.

Λινόζωσος, Ἑρμῆ πόα, ἢ Ϛερτάνιον Græcis: Mercurialis Latinis.

CAlfacit & marcet ſiccatve ſub ordine primo,
Et per cæca fugat nocuum ſpiracula chymum
Planta, cui peperit nomen Cyllenius heros,
Lympham præterea ducit, bilemq́ per aluum.

Caput 283.

Λιβανωτὶς ϛεφανωματικὴ Græcis: Roſamarinus, roſmarinum, & roſmarus Latinis.

CAlfacit & ſiccat, tergétque ſueta corollis
Roſmarus euincire caput, ferturque ſecare
Craſſos humores. Peſtim nidore vaporis
Arcet: dein cerebrum largo munimine fulcit,
Quin & energiam memorem, cordiſque reſtaurat
Munia lapſa, ſimul vocem quæ faucibus hæret,
Iecteron & pareſin domat inſuper, atque tremorem.

caput 284.

Λιθόσπερμον Græcis: Lithoſpermum Latinis.

CAlfacit & ſiccat lithoſpermi ſemen, & aufert
Scrupos aut lapides etiam, lotiumque propellit.

Caput

caput 285.

Λίβανος ἢ λιβανωτὸς Græcis: Thus Latinis.

ORdine ſub primo ſiccat, ſed corte ſecunda
Thus calet, & ſtypſis diluta dote vigeſcit.
At cortex ſiccat bina ſub corte viritim,
Stypſis energia maiori deinde ſuperbit,
Vberiuſque valet craſſi compagine membri,
Nec non cœliacen, aluique fluenta coercet,
Inteſtina ſimul, dein ſputa cruenta. Caleſcit
Nec non exiccat fuligo ſub ordine terno,
Colluuiemque ſimul cutis amouet, atque refarcit
Vlcera, quîs nimium premitur vel torpet ocellus.

Caput 286.

Λεμῶνιον Græcis: Limonium Latinis.

ORdine ſub terno limonion aret: itemque
Calfacit: vbertim ſuper hæc aſtringit, idémque
Pacat cœliacen, ac inteſtina cruenta.

Caput 287.

Λειχὴν Græcis: Lichen Latinis.

ACriter exiccat, ſed multo obſcurius alget
Lichen, præterea vitium cognomine placat.
Hinc quoque prompta fluit diræ medicina phlogoſi,
Nec non exitio datur hinc auriginis ira.

Caput 288.

Λευκοΐον μέλινον Græcis: Viola lutea Latinis.
Nullum verò ἴον eſt λευκοΐον, & contrà.

Lvteolæ violæ tenera compagine membri
Pollent, atque calent, tergentq; ornantur amaro
Prætereà gustu. Flores & semina ducunt
Menses, & partus, lotium, resideſque ſecundas:
Sed tamen interimunt veſcentes ætheris aura
Fœtus: & rimæ ſedis medicantur, & aphthis,
Atque cicatrices oculi reſecare feruntur,
Nec non in volucres auraſque notoſque profundunt
Vlcera, quæ magna iungit cum mole cicatrix.
Quinetiam radix genio dotatur eodem,
Sed compage minus gracili decoratur: aceto
Nexa iuuat ſplenes eduros, atque podagram,

Caput 289.

Vt liguſtrum appelletur Græ. in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

At cyprus ornatur genio vel dote liguſtri.

caput 290.

Vt planta, quam nunc vocant lunariam minorem, ſeu racemoſam, cum Græ. tum La. fuerit dicta, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

Verùm planta minor cui nomen luna miniſtrat
Ob ſimilem folij vultum, frigeſcit, & aret,
Aſtringitque ſimul, menſeſque propellit inertes,
Et quemuis veteri fluxum, vulnuſque viritim
Glutine compingit, leuat inteſtina liquore
Tincta ſub hæc roſeo, dein amouet atque coercet
Enterocelarum pueri tormenta nefanda.

Caput

caput 291.

Λυσιμάχιον Græcis: Lysimachium Latinis.

Quam rex Bistonius reperit virtute redundat
Stypsios herba, dein desiccat, itémque fluorem
Sanguineum patulis è naribus, atque cruenta
Sputa, dysenteriam, vuluæq; fluenta coercet,
Nec non vbertim connectit glutine vulnus,
Et procul exagitat sæuos nidore colubros.

caput 292.

Λαγώπους Græ. Lagopus, & pes leporinus La.

Stypsis energia pollet, siccátque lagopus,
Alui profluuium dein æmouet, atque phlogoses
Inguinis ablegat, dein intestina cruenta.

caput 293.

Λευκὰς Græcis: Leucas Latinis.

Leucas desiccat flagratque sub ordine terno,
Acrorisque simul virtute superbit, & arcet
Virus quod spargunt animalia fœta veneno.

Caput 294.

Λύκιον Græcis: Lycium Latinis.
Estque liquor pyxiacanthæ.

Squalet seu siccat lycium sub corte secunda,
Et partim gracili, partim compagine crassa
Pollet, item partim friget, partimq; calescit,
Nec non deterget, stypsisque vigore superbit,

Et per cæca truces mittit ſpiracula chymos,
Pruritumq́, ſimul tuſſim, veteréſque fluores
Rimam ſedis, item tonſillas, atque genarum
Pſoran, & herpetes, dein inteſtina cruenta,
Nec non cœliacen, & labia fiſſa, ſcreatum
Sanguinis, & fluxus uteri, ſediſq́ phlogoſes
Atque oris placat, ſugillatiſque medetur,
Vlcera præterea cacoethe ſopit, & aufert
Putrores nimios, nec non caligine cincti
Luminis abſterget tenebras, confertq́ petitis
A cane, ſeu rabido læſis cuſtode penatum,
Nec non attritus leuat, & flauedine crines
Tingit, & auriculis prodeſt quæ pure madeſcunt.

caput 295.

Λωτὸς Δίνδρον Græcis: Lotus arbor Latinis.

LOtus energia ſtypſis decoratur inerti,
Deſiccatq́ ſimul mediocriter: atque ſuperbit
Seu compage valet gracili. Ramenta capillum
Deciduum cohibent, ut & inteſtina cruenta,
Nec non cœliacen cohibere feruntur, & alui
Præterea fluxum, qui iuſto largius exit.

Caput 296.

Μελισσόφυλλον, ἢ μελίφυλλον Græcis: Meliſſophyllum, meliphyllum, & apiaſtrum Latinis.

At praſij leuiter meliphyllum dote vigeſcit.

Caput 297.

Μάραθρον Græ. Fœniculum La.

ORdine ſub primo ſiccat, ternóque caleſcit

Sub

Sub grege fœniculum, menſeſque propellit inertes,
Vrinamq; ciet, diſtendens lacte mamillas.
Ne ruat in mortem ſerpentis dente nefando
Saucius, expromptum medicamen venerit illinc,
Mandet huic etiam ſubeunda negotia, renum
Veſicæq; ſimul morbo iactatus, vt aura
Vitalis poſt hac moderetur membra flagrantis
E ſtomacho, tellus patet hinc quoq; blanda ſalutis,
Ne canis ore lacer lucem ſuper bacce relinquat,
Non abſumpta ſalus hinc eſſe putetur, ocelli
Præterea lapſum datur hinc refricare vigorem.

Caput 298.

Μάκις Græcis: Macer Latinis.

STypſis energia vehementi pollet, & aret
Ordine ſub terno macer, exornatur acerbo
Præterea guſtu ſolerter, itemq; vigeſcit
Acroris genio leuiter, miſtiſque redundat
Viribus, & fluxus alui, ſputumque cruentum,
Cœliacenq; premit, dein inteſtina cruenta.

caput 299.

Μαλάβαθρον, μαλαβάθρου φύλλον, ἰνδικὸν φύλλον, ἢ φύλλον Græcis: Malabathrum, folium malabathri, folium Indicum, & folium Latinis.

Malabathrum caſiæ genio decoratur eodem.

Μόσχος Græcis: Moſchus Latinis.

Ordine ſub terno ſiccat, binóque caleſcit
Moſchus, item cerebrum largo munimine fulcit

Frigore languidulum, cordiſq; pathemata ſedat
Omnia, quæ frigus dederit, ſarcitq; labantem
Cordis energiam, cerebrique ex frigore natos
Demulcet morbos, ceu magnum, coma, carumq;.

Caput 300.

Μέλι Græcis: Mel Latinis.

MEl calet & marcet ſiccatve ſub ordine bino,
Detergitq; ſimul vehementer, idemq; redundat
Seu compage valet tenera, genióque vigeſcit
Acri, decrepitis datur inſuper, atque gelanti
Temperie rigidis. Crudum flabella miniſtrat,
Nec non thoracem tuſſi diuexat & vrget.
At coctum leuius tergit, genióque redundat
Acroris multo dilutius, atque miniſtrat
Plus nutrimenti, ſinuoſaq; glutine iungit
Vlcera, quinetiam tenebras caligine preſſi
Luminis abſterget, lotiumque propellit, & auris
Murmura profligat ſonituſve, feroxq; papauer,
Nec non & fungos, præputia nuda, veneno
Fœtæ ſerpentis plagam, lichena, deinde
Lendes ac prolem, & tonſillas, atque penatum
Cuſtodis rabidi morſum, anginamq; coercet,
Tuſſim præterea volucrem diffundit in auram.
Manna ciet leuiter bilem, tutoq;, proinde
Debilibus dabitur, pueróque, vteróque gerenti.
Si quis adaugendi vires teneatur amore,
Gnauius adiungat: dein emollire refertur,
Reſtinguitq; ſitim, viduatque aſpredine pectus.

Caput

Caput 301.

Μέσπιλον, ἡ μεσπίλη Græcis: Meſpilus Latinis.

Germina tum frondes quas meſpilus edit acerbo
Guſtu donantur cumulatè. Bacca redundat
Stypſis energia, dein emolumenta profundit
Atque parit ſtomacho, ſediſq; fluenta coercet.

caput 302.

Μήδιον Græcis: Medium Latinis.

Medion inſtruitur diuerſis partibus: ipſum
Semen quippe ualet gracilis compagine membri,
Nec non extenuat, menſeſque propellit inertes:
Cum tamen auſtero guſtu donetur, & omnis
Membri compeſcat radix abigatque fluorem.

Caput 303.

Μελάνθιον Græcis: Melanthium & gith Latinis.

Ordine ſub terno calet, atque melanthion aret,
Nec non inſtruitur tenera compagine membri,
Quin & amaroris genio uel dote ſuperbit,
Extenuátque ſimul, tergétque, ciétque morantes
Menſes, & lotium, diſtendens lacte papillam,
Quin hypochyma ſimul cohibet, morſumq; phalangis.
Speſque datur menti lumbricos inde necari,
Feſtinantque fugam tormenta minacia dentis
Illinc, & capitis, ne fata inimica propinquent
Aſthmate concuſſis licet hinc ſperare ſalutem,
Cogitur hinc pœnas etiam dependere næuus
In cute, ceu maculans uultum lentigo decorum,

Nec non & claui rabies, formica, lepræq;
Duritieſque, ſimul ſtabella, deinde catarrhus.

Caput 304.

Μῦον Græcis: Meum Latinis.

RAdix porrò mei calefactat in ordine terno,
Sub ſtatione licet bina marcere feratur,
Nec non vrinam menſeſq; propellit inertes,
Veſicamq; ſimul renéſque recludit, & arcet
Affectus vteri, nec non arthritida mulcet:
Sed caput inceßit plus æquo ſumpta dolore.

Caput 305.

Μύαγρος, μιλάμπυρον, ἢ μιλάμπυκνον Græcis: Myagrus, melampyrum, & melampycnum La.

POrrò melampycni patulos infarcit hiatus
Semen, itemq; polit fœdatum aſperedine corpus.

Caput 306.

Μυρσίνη, ἢ μυρσίνη Græcis: myrtus Latinis.
Eſtque duplex, ſatiua & agreſtis.

MIſta dote valet myrtus quæ ſurgit in horto,
Nam partim gracili compage ſuperbit & virit,
Et partim, atque adeò fœcundius, alget, itémque
Parte valet craſſa: nec non deſiccat amœnè,
Quinetiam ſtypſis pollet virtute. Cruentum
Sputum bacca fugat, lotijque moramina tollit,
Et confert ſtomacho, morſumque phalangis abercet,
Vulnus præterea quod ſcorpius intulit ictu,

Nec non

Nec non prociduam vuluam, vuluæque fluores,
Quæque tenent magnum tubercula luminis orbem,
Deciduósq; pilos, oculique phlogosin, & vlcus
Extremæ partis, nec non epinyctides, atque
Vesicæ morbum leuat, & depellit achoras,
Et præstat iuuenem rediuiuo flore capillum,
Nec non prominulam sedem compescit & arcet.
Laxatos artus folium compescit, & alphos,
Cœliacenq; simul, testisque phlogosin, & aures
Humidulas tabo, nec non herpeta, fluores
Insuper omnigenos, super hæc epinyctides aufert,
Atque sacros ignes, & condylomata sopit,
Vlcus præterea liquidum profligat, & vstis
Competit, & iuuenem rediuiuo flore capillum
Præstat, itémque pedum manuumque pterygia tollit.
Stypsis energia maiori myrtis abundat,
Desiccátque simul non paulò gnauius illis.
Frondes & baccæ myrti surgentis in aruo
Proritant menses, lotijque moramina pellunt,
Necnon ictericum sedant, capitisque dolores,
Vesicæque simul scrupos lapidesve refringunt.

Caput 307.

Μαλαχη Græcis: Malua Latinis. Eſtque duplex, hortenſis, & ſylueſtris.

NEctit Hamadryadum viridaria culta, vel agros
Malua. Tepore valet, nec non per cæca resoluit
Spiramenta foras qui versant intima chymos,
Emollitque simul, sed enim dilutius æquo,
Largo præterea distendit lacte mamillam,
Auxiliióque iuuat læsos à dente phalangis.

Inde

Inde medela venit super hæc, & dulce iuuamen
Ne fugiat Lethes ambusti vita sub vmbras,
Nec non inde procul fugitat sacer ignis, achorq,
Imber furfureus capitis de vertice manans,
Quæque tenent magnum tubercula luminis orbem,
Nec non durities vteri, cunctumque venenum,
Et super hæc ictus apium, vespæque molesti.
Nec non hinc venias in spem lenimen haberi
Cuius terribilis vorat intestina quatitq;
Rosio, vel sedem, partusve capaca membra
Seu genitale solum. Sed cultam vincit agrestis.

caput 308.

Μυρίκη Græcis: Myrica & tamarix Latinis.

GNauiter extenuat, nec non fœliciter æquè
Corpora detergit, sed stypsis dote myrica
Segnius ornatur, quin & compagine membri
Donatur tenera, nec desiccare videtur,
Et minuit splenem, tormentáque dentis amara
Lenit, si radix, folium, vel ramus in vsum
Venerit. Eximia stypsis virtute redundat
Cortex, & fructus, cum galla pollet ijsdem
Viribus (vt memorant) super hoc, & sputa cruenta,
Cœliacesque premit riuum, vuluæque fluenta.

Caput 309.

Μήκων Græ. Papauer La. Suntque eius tria genera maximè cognita, erraticum, satiuum, corniculatum.

COgnouere triplex hac tempestate papauer
Nectit Hamadryadũ viridaria namque, vel agros,
Vel ca-

Vel calicem geſtat referentem cornua tauri.
Frigore donatur primo grauiore ſecundum.
Vtraque ne ducas inſomnia tempora noctis
Præſtant, & cohibent manantia flumina vuluæ
Largius atque decet, ſputumque cruore madeſcens,
Manantemque ſimul roſeum de naribus imbrem,
Quin & eryſipelas placant, capitiſque dolores
Auriculæque ſimul, calidamque phlogoſin, & æſtum
Qui torquet fauces, vulnus, podagramque, ſitimque,
Nec non cœliacen, tetricæque tyrannida tuſſis,
Addas his etiam ſcelerata fluenta catarrhi.
Verùm quod geſtat referentem cornua tauri
Siue bouis calicem calefactat & aret, idemque
Tergit, & extenuat, tormentáque ſæua repellit
Lumborum, & iecoris truculenta pathemata mulcet,
Aluum præterea leuiter mouet atque propellit,
Denormemque ſimul diuellit ab vlcere cruſtam.

caput 310.

Μορέα ἤ συκαμινέα Græcis: Morus Latinis.

STypſios inſtruitur generoſa dote corymbus
Ante diem plœnum decerptus ab arbore mortis
Gnara Pyramiæ, dein inteſtina cruenta,
Nec non cœliacen, aluique profuſius æquo
Manantem riuum ſiſtit, reliquoſque fluores.
At verò ſtypſis mediocri dote racemus
Pollet maturus, ventremque propellit inertem.
Germen cum folio nec ducit & euocat alui
Flumina, nec ſiſtit. Cortex radicis eandem
Prouocat, & latos helmynthes, itemque dolorem
Dentis profligat, remorantia menſtrua ducens.

Caput

Caput 311.

Μύρρις Græcis: Myrrhis Latinis.

Myrrhidis at radix calefactat in ordine bino,
Nec non obscurè tenera compage redundat
Partis, dein menses etiam, segnesque secundas,
Thoracisque simul crassamina lenta propellit.
Ne reddas animam Lethéque feraris ad vndas
Cuius membra fero petierunt ore phalanges,
Aera ne mittas haurire, diemque supremum
Tabe fatigatus cogaris obire, leuamen
Hinc tibi promittas: ne torua minetur Auernum,
Hinc pete suppetias, pestis, quæ trusit ad Orci
Regnum Dardanidas cumulando funere funus,
Postquam tellurem tetigit Curetida princeps
Laômedontiadûm, Troiæ qui primus aboris
Italiam fato profugus Lauináque venit
Littora, quæque Stygi multos damnauit Auernæ
Quondam Graiugenas memorem Titanis ob iram,
Mellifluus chartæ veluti commisit Homerus,
Quæque cateruatim prostrauit & hausit Athenas
Mopsiacas, veluti docto Lucretius ore
Cantat, qui rerum causas, & semina mundi
Ausonidûm primus reserauit, & orgya matris
Naturæ primus docuit, lunæque meatum.

caput 312.

Μελίλωτος Græcis: Melilotus, sertula Campana, & corona regia Latinis.

Donatur mista melilotus dote, sed vrit
Gnauius atque gelet, nec non per cæca resoluit

Spiras

Spiramenta foras qui ſæuit in intima chymum,
Nec nihil aſtringit, coquit inſuper, atque dolores
Auriculæ, & ſtomachi, capitiſq; refrænat, achores
Præterea ſopit, nec non meliceridas aufert.

caput 313.

Μανδραγόρας Græcis: Mandragoras, malus canina & terreſtris Latinis.

Mandragoras terna friget ſub corte, calétque
Nonnihil, & feſſos dulci complectitur artus
Atque quiete rigat, nec non cruciamina tollit.

caput 314.

Νυμφαία Græcis: Nymphæa Lat.

Nymphææ radix ſemenq; gelaſcit & aret:
Abſtergitq; parum, nec rodit corpora morſu,
Nec non veſicæ ſtomachiq; doloribus obſtat,
Nec non cœliacen, aluique fluenta repellit
Atque dyſenteriam, roſeóque nitentia rore
Flumina, dein Veneris ludibria ſubdola mulcet,
Atque glabreta quibus toto celeberrima mundo
Nomen adinuenit pecus arcet, & exterit alphos.
Ne ruat in Veneris ludum cumulatius æquo
Raptus amore truci, datur hinc præſtare, maritus.

Caput 315.

Νάπυ, ſ. σίναπι Græcis: Sinapi Latinis.

Ordine ſub quarto flagrat, marcetq; ſinapi,
Nec non abſterget, ſecat inſuper, atque reuellit

Ex al-

Ex alto, ſed enim prædatur corpora morſu,
Nec non ſcabritiem ſalebroſi tramitis aufert,
Antiadáſque ſimul pacat, reliquoſque tumores
Præduros abigit, nec non tormenta lienis
Et veteres alios mulcet lenitque dolores,
Iſchiadoſq; ſimul rabiem, magnumque repellit,
Lichenemque feram: pſoræque tyrannida ſopit,
Et cohibet lepram, ſugillatiſque medetur,
Nec non hyſtericæ confert, oculique vigori,
Aſthma deinde, ſimul lapides, hydropáque tollit,
Atque glabreta quibus toto celeberrima mundo
Vel captis viſu poſuit vulpecula nomen,
Auditumque grauem profligat, & auris abercet
Murmura, quinetiam ex cerebro proritat inertem
Lympham, phthiriaſin dein amouet, atque veternum
Mitigat, atque valet ſternutamenta ciere.

caput 316.

Νήριον, ξόδοδάφνη, ἢ ξοδοδένδρον Græ. Nerium, rhododaphne, & rhododendrum La.

PEr cæcos chymum rhododaphne mittit hiatus
Illita, ſed manes potata remittit ad imos.

caput 317.

Νάρθηξ Græcis: Ferula Latinis.

ATtenuat ſemen ferulæ, & calefactat, & arcet
Tormina, ſudores mouet inde. Medulla virentis
Nonnihil aſtringit, ſputumq; cruore madeſcens
Cœliacenq; dein patulis ex naribus imbrem
Sanguinis vndantem ſiſtit, vulnuſq; coercet,

Effera

Effera quod dederit ſcelerato vipera morſu.

Caput 318.

Νάρκισσος Græcis: Narciſſus Latinis.

Radix narciſſi vehementer ſiccat, & vnit
Glutine quantumuis ingentia vulnera, terget
Inſuper, at leuius, quæ tergo hæſere ſagittas
Præterea euellit, nec non arthritida mulcet
Antiquam, atque ciet vomitum, næuóſque repurgat
In cute quos dederit Clarij petulantia Phœbi,
Vlcus præterea quod ſorde madeſcit, & alphos,
Nec non abſceſſus rumpit, confertq; deuſtis,
Malleoloſque ſimul luxatos demit & aufert.

Caput 319.

Ξιφίον Græ. Xiphium & gladiolus Latinis.

Radix enſiculi trahit, & per cæca reſoluit
Spiramenta truces qui iactant intima chymos,
Exiccatque ſimul, panóſque repellit, & effert
Spicula, tum verò menſes prolectat inertes.

caput 320.

Ξάνθιον, ἢ φασγάνιον Græcis: Xanthium & phaſganium Latinis.

Semen phaſganij per cæcos mittit hiatus,
Quin & amaroris genio decoratur, & acri,
Calfacit, & ſiccat ſuper hæc, pellitque tumores.

caput 321.

Ὀρίγανος Græcis: Origanus Latinis.

INterna verò calefactat origanus ala,
Deficcatque simul, nec non incidit, & aluo
Deijcit humores nigros, deplètque cerebrum,
Quin menses etiam ciet, vrinamque propellit.
Inde reportatur permultum frugis hydrope
Quaßis præterea, nec diris occubat vmbris
Quem petricoso sceleratus læserit ictu
Scorpio, si plagæ solamen duxerit inde.
Quinetiam hinc pœnas exoluet spasma, moramque
Tollent præterea phialis commista venena,
Nec non excutitur membris hinc psora, fugæq;
Mandant se tusses. Hygieæ prenderit oras
Illinc præterea sæuo pruriginis æstro
Quassus, & auriculæ dolor aufugit, atque tenetur
Hinc spe non vana super hæc aurigine torpens,
Nec non abscedunt hinc rhegmata sæua, moramque
Soluunt antiades, si vis imponere finem
Præterea vlceribus nimium lacerantibus ora,
Inde medela fluet, spe non frustraberis inde.

Caput 322.

Ὀξυακάνθα Græcis: Oxyacantha Latinis.

OXyacantha gelat siccátque sub ordine bino.
Stypsis energia baccæ donantur, & alui
Profluuium cohibent, nimiumq; ruentia vuluæ
Flumina: dein mlucent fastidia magna ciborum,
Et febris ardorem compescunt, atque fluenta
Cuncta, sitimque leuant. Diuellit spicula radix.

caput 323.

Ὄσυρις Græcis: Osyris Latinis.

Calfa-

Calfacit, atque viget membri compage tenella,
Quin & amaroris genio decoratur osyris,
Obstructuque leuat, nec non acrore superbit,
Absterget & simul. Datur inde parare deinceps
Quo possis maculam vultus æquare cylindrum,
Quinetiam lotij datur inde moramina tarda,
Nec non icterici rabiem stimulumq; fugare.

caput 324.

Ορχις, ἢ κυνὸς ὄρχις Græcis: Orchis & testiculus canis Latinis.

Concitat in Venerem segnes tardosque maritos,
Et flabella parit radix quæ maior habetur
Orchitis: at ludum Cytheræa parua moratur.

Caput 325.

Οἰνάνθη Græcis: Oenanthe Latinis.

Calfacit œnanthe siccátque sub ordine terno,
Quin & amaroris generosa dote superbit,
Nec non vrinam ducit, reside sque secundas,
Et stomachi flatus inhibet. Ne spargat in auras
Vitam regalis, datur inde parare iuuamen,
Ne tormenta simul vexent te renis, & asthma,
Demittántque neci lapides, vel ad antra releget
Cocyti magnus, licet hinc sperare salutem.

Caput 326.

Ὀξυς Græcis: Oxys Latinis.

Quin & acetosæ par oxys fertur haberi.

Caput 327.

Ὁρμινος Græcis: Horminum Latinis.

Horminum ſiccat mediocriter, atque caleſcit,
Quin oculi nebulas, nec non œdemata mulcet,
Et ſtimulat Venerem, tum verò ſpicula vellit.

Caput 328.

Ὄροβος Græcis: Eruum Latinis.

Eruum deſiccat ſolerter in ordine bino,
Sub legione calens prima, tergitq; ſecátque,
Quin & amaroris genio decoratur, idemque
Liberat infarctu, ſtomacho diſpendia conflat
Inſuper, & capiti nocet, atque fluenta cruore
Sparſa per anfractus lotij ſediſque propellit,
Thoraciſque ſimul craſſamina lenta ſcreatu
Prolicit, & ſedat nimiam pruriginis iram.
Blanda ſalus etiam ſubit hinc quem pernio frangit.
Alui profluuium ciet, vrinámque farina
Prolicit, atque fauos nec non theriomata rumpit,
Anthracemq; ſimul. Datur hinc ſperare ſalutem
Præterea quaſſo miſerandi torminis ira,
Nec non auxilium datur hinc haurire petitis
Morſu vipereo, dein à cuſtode penatum,
Humanóque ſimul læſis à dente. Salutis
Hinc obrepit item tibi copia larga ſtudenti
Pellere gangrænam, ne diri fraude petaris
Inſidijſq; ſimul teneſmi, dulce iuuamen
Ducitur hinc etiam. Nec parui pendat eandem
Qui lamenta nomæ cupit, eduraſque papillas,
Nec non in facie nævos maculaſve fugare,

Et qui

Et qui membra petit decorare nitore coloris:

caput 329.

Οὖα ἢ ὄα Græcis: Sorba Latinis.

SOrba vigent ſtypſi leuius quàm meſpila, frænant
Alui profluuium ſuper hæc ignauius illis.

caput 330.

Ὄξος Græcis: Acetum Latinis.

VIribus ornatur miſtis aut pollet acetum,
Nam calet & friget, ſed enim præſtare calori
Frigus narratur, ſiccatq; ſub ordine terno,
Et compage valet gracili, ſtypſique redundat,
Atque repellit, item per cœcos mittit hiatus,
Extenuatq; ſimul, nec non inuitat orexin,
Et confert ſtomacho, leprâſque coercet, & ignem
Sacrum, lichenem, podagram, fluxuſq; cruentos
Omnes atque nomam, nec non herpeta, dolorem
Qui caput afflictat dentemq;, deinde venena
Multa, ſitimq;, cui dederit primordia feruor
Humiditaſq;, dein panos, pruriginis iram,
Sugillata, ſimul vermem qui conficit aures,
Atque orthopnœan, nec non anthraca, ſynanchen.

caput 331.

Ὀρύζα Græcis: Oryza Latinis.

STypſios ingenio mediocri pollet oryza,
Nec non profluuium mediocriter amouet alui,
Præterea leuiter nutrit, coquiturque perægrè.

Caput 332.

Ορνις, ἡ ἀλεκτορὶς Græcis: Gallina La. Ἀλέκτωρ Græcis: Gallus gallineaceus Latinis.

MOenia Flandriadûm gallinæ rarò fruuntur
Eſca, non equidem precio deterrita, verùm
Caponis magno ſtudio ſuccenſa relinquunt
Gallinam caſulis vt nobilitate minorem.
Si foris inijcias implumem ſede, veneno
Fœtæ ſerpentis morſum cohibere refertur.
Si nihil adnectas iuri, manantia ſiſtes
Flumina, quîs aluus manat cumulatius æquo,
Temperiemq; ſimul poteris conflare liquori.
Sed teſtes galli Veneris diludia tollunt,
Nec non accumulant ſemen genitale maritis.
At teſtes eius qui gaudia nulla Dione
Norit, magnificè lapſum refricare vigorem
Conſtat, & hinc dantur quos morbi ſyrma grauauit.
Antiqui verò ſed diudum cum ſale coctum
Ius trahit humores crudos craſſoſque per alui
Ductus, atque nigros, nec non ſtrigmenta, proinde
Febres antiquas nec non arthritida mulcet.

caput 333.

Οισυπος Græcis: Oeſypus Latinis.

OEſypus emollit, calet, & maturat, & implet
Vlcera, præſertim ſedis, vuluæ, atque pudendæ
Partis, & auriculæ. Sed enim fuligo cremati
Deciduos inhibet crines, callumq; genarum
Dimouet, atque oculo quem roſio pſoráque vexat,
Competit, hincq; illi compendia magna parantur.

Caput

Caput 334.

παρθένιον Græcis: Parthenium Latinis.

ORdine parthenium terno calefactat, & aret
Ordine sub bino, nigræq; tyrannida bilis,
Atque soporiferum deducit phlegma per alui
Ductum, atque inijciat tibi spem solamen haberi hinc
Quem voluunt lapides. Hygieæ aduertere cursum
Hinc datur asthmaticis etiam, vestigia flectit
Hinc sacer ignis item, vuluæq; phlogosis, & eius
Durities, velut & furor atra ex bile profectus.

Caput 335.

πολυγόνατον ἢ πολιγόνατον Græcis: Polygonatum, & pulygonatum Latinis.

PVlygonaton habet dilutæ munia stypsis,
Acroriſque simul ieiuna dote superbit,
Quin & amaroris pollet virtute supina.
Næuos in facie radix & vulnera tollit.

Caput 336.

πολύγονον ἢ πολόγονον Græcis: Polygonum & pulygonum Latinis.

ORdine pulygonum sub bino friget abundè:
Nec non desiccat, stypsisque vigore superbit,
Atque reflectit idem, sputumque cruore madescens,
Atque alui fluxum vuluæq; phlogosin, & æstum
Qui laniat stomachum, nec non herpeta, dolorem
Auris, erysipelas, febrimq; coercet, & ictum
Diræ serpentis profligat, rheuma, atque tumores,

Auriculæq́ simul tabum saniemve repellit,
Atque dysenteriam: vulnusque cruore resperſum
Glutine committit ſuper hæc, vlcuſque refrænat.

Caput 337.

Πολυπόδιον ἢ πολυπόδιον Græ. Polypodium, pulypodium & filicula Latinis.

SEd quæ cirrorum longa de more voracis
Pulypodis ſerie fulcitur planta viritim
Siccat, nec toruo depaſcit corpora morſu.
Quæ torquent digitos rimas, luxatáque mulcet
Radix, atque nigram bilem deducit, inerſq́
Phlegma per anfractus alui prolectat & effert.

Caput 338.

Πευκέδανος Græ. Peucedanum Latinis.

ORdine ſub terno generosè prorſus inurit
Peucedanum, & ſiccat ternæ ſub limina cortis,
Humoremq́ ſimul per cœcos mittit hiatus,
Et ſimul extenuat, nec noncompage tenella
Conſtat, & abſterget. Liquor ieiunius aluum
Mollit, & eximiè partus expellit inertes,
Hyſtericáſque iuuat, quin inde inflatio cedit.
Ne cui fila legant ſuper hæc extrema ſorores
Lanificæ quaſſo phreneſi, patet inde medela:
Ne quenquam pareſis ſub nubila Tartara condat,
Neue dati mætas quiſquam rapiatur ad æui
Quaſſus torminibus, ne quiſquam ex luce vehatur
Iſchiadis toxuæ toruo cruciamine quaſſus,
Inde ſuos greſſus hygieæ ad limina tendat,

Inde

Inde etiam tuſſes excedunt corpore, magnus
Inſuper, & ſpaſmi fremitus, dyſpnœa, veternus,
Nec non auriculæ, dentis, renumq́; dolores,
Veſicæq́; ſimul, capitiſque, ſcotoma, carumq́.
Radix præſtat idem. Sed enim ſiccata repurgat
Vlcus ſordidulum, peruerſi chaſma refarcit
Inſuper augmentum pariendo carnis eidem,
Idq́ cicatricis dono coniungere fertur.
Si vacet o lector paucis aduerte docebo
Quid Diomedæi non tentent vincula iuris.
Poſtquam veliuolo iactatus in æquore, tandem
Littore iam potitur, nec inhorret murmura ponti,
Nunc huc nunc illuc bibulo ſpaciatur in aruo
Elpis, quò refricet vires, animumque reſumat
Quo viduarat eum ſtridens aquilone procella.
Vix leuiter nebulas animi deterſerat, ore
Conſpicit en patulo crudelia fata leonem
Intentare ſibi: ſententia namque ſedebat
Illius hæc animo, quantumuis cauſa nefandi
Rictus, (vt patuit) Longè diuerſa ſubeſſet.
Vix igitur compos mentis (pauor adijcit alas)
Inſtar Dictæi iaculi fugit, atque Lyæum
His in vota modis vocitat, precibuſque fatigat:
O decus Oebaliæ Nyſeu, qui celſa tueris
Atque Therapnæi iuga montis numine ſeruas,
Et iuga Mœoniæ rupis munimine fulcis,
Quique patrocinio Rhypheia mœnia præſtas
Tuta, cui rupes Parnaſia thure Sabæo
Fumat, cuius opem tellus Mendeſia poſcit,
Cuius Erembæo venerantur numen in orbe,
Huc es, & aſſiduum vitæ miſerare laborem.
Ni fruſtrà toties olidi ſpumauerit ara

Cæde capri, ferro cui dextera vulnus adegit
Noſtra cruore madens, age præſens omine firma.
Quæ ſimul Imbraſius dedit, atque precantia fudit
Verba Mimallonidum comiti, ſalientia ducens
Ilia præ curſu rapido quaſſanſq; flabellis,
Arboreum ſcandit quantum ſatis eſſe videtur
Culmen ad effugium ſceleratí dente leonis.
At nec pulueream leo nubem ſpargit in auras,
Nec denſum ſubigens nymbum ſuſtollit arenæ,
Quod tamen irarum ſtimulo ſuccenſus amaro
Incandéſque ſolet, multa ſed parte bidente
Mollior Euganea procumbit ad arboris imum,
Suppetiáſque ſibi patulo depoſcit hiatu.
Quæ dum Cercetius miratur, & vſque tuendo,
Lumina cum primis effuſè paſcit inanem
Demit corde metum, propiuſq; tuerier inquit
Quæ me cauſa vetat? Simul hæc effatur, & oſſa
Primores inter dentes hærere leonis
Conſpicit, ac ſubitò deſcendens arbore, vellit.
Hinc etiam ſperent ſimili ratione leuamen,
Quorum ſunt membris infixa tenaciter oſſa.

caput 339.

πράσιον Græcis: Praſium & marrubium Latinis.

SVb binæ praſium legionis calce deurit,
Sub ternæ verò deſiccat, idemque vigore
Pollet amaroris, nec non detergit, & aufert
Per cæcas latebras qui poßidet intima chymum,
Thoraciſque ſimul craſſamina lenta propellit,
Et ſimul infarctu iecur excutit atque lienes,
Quin & frugiferum cohibendos fertur ad ictus

Diræ

Diræ ſerpentis, nec non infeſta venena,
Præterea tuſſes profligat, & amouet aſthma,
Amolitur item lateris tormenta, per orbes
Multos quæ ſolis Pataræi membra grauarunt,
Demulcetque nomas, vnguemque refrænat ocelli,
Quin menſes etiam, & partus, reſideſque ſecundas
Elicit, & tabo ſanieue madentia terget
Vlcera. Succus idem præſtat, veteréſque dolores
Amouet auriculæ, viſumque reſarcit ocelli.

Caput 340.

περιστερεών, καὶ ἱερόβοτάνη Græcis: Verbena, verbenaca, columbina, & herba ſacra Latinis.

SIccat, & aſtringit verbena, leuátque dolorem,
Qui coxas, vterum, denteſque, caputque laceſſit,
Nec non committit vel iungit glutine vulnus,
Atque refragatur tabo ſanieue reſperſo
Vlceri, itemque coli tormenta ferocia lenit,
Et tormenta ſimul quæ ſcrupus contrahit aufert,
Et pathos ablegat comitia rumpere ſuetum,
Lenit præterea ſtimulos rabiemue podagræ,
Nec non deciduos inhibet ſiſtitue capillos,
Et ſtabilit dentem, pacátque phlogoſin, & igni
Præterea confert ſacro, pecudique veneno
Fœtæ ſuccurrit, nec non œdema vetuſtum
Placat, & icterici furijs obſiſtit, & oris
Propulſare nomam, ſyringáque fertur, & arcet
Febrim quæ cunctis vel quarta luce recurrit.

Caput 341.

περσικὴ μηλέα Græcis: Malus Perſica Latinis.

Mali

Mali Persiacæ folium germenq; calescit,
Et per cœca fugat nocuum spiracula chymum,
Quin & amaroris genio decoratur alacri,
Nec non helmynthes tollit. Sed poma gelascunt
Ordine sub bino madidantque, citóque feruntur
Per ductus alui. Flumen matura propellunt
Eiusdem: at cohibent hunc immatura fluorem.

Caput 342.

Πέπλος Græcis: Peplus Latinis.

Pellet energia tithymallo peplus eadem.

caput 343.

Vt bursa pastoris cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

Calfacit & siccat pastoria bursa, repellit
Insuper, ac genio stypsis decoratur, & ignem
Depellit sacrum, dein intestina cruenta,
Nec non & roseum patulis ex naribus imbrem
Manantem sistit, menseque, alioq; fluores,
Auriculamq; iuuat quæ tetro pure madescit,
Æstum præterea stomachi, calidamque phlogosin
Amouet, atque recens compescit vulnera nata.

caput 344.

Πράσον κεφαλωτόν Græ. Porrum & porrus capitatus Latinis.

Calfacit & siccat capitatus porrus, & acri
Præstat energia, nec non incidit, & aluo

Compe-

Competit, & lotium menſeſque propellit inertes,
Nec non thoracis craſſamina lenta ſcreatu,
Nec nihil abſterget, flabelláque gignit, & almam
Rumpit, fingendo ludibria falſa, quietem,
Noxius eſt etiam ſtomacho iecorique, nocetq;
Renibus, & nocuos humores contrahit idem,
Quin oculos etiam nimia caligine mergit.
At coma præduris vteris clauſiſque medetur.
Aſtringit leuiter folium, cohibetque fluorem
Sanguine reſperſum, variſque reſiſtit, & aufert
Præterea cruſtas, nec non epinyctida mulcet.
Acroris verò ſemen virtute ſuperbit
Gnauiter, atque valet ſtypſis virtute ſocordi,
Frigidus in Venerem ne ſit lentuſque maritus
Efficit hoc etiam, roſeóque madentia nymbo
Flumina compeſcit ſuper hæc, tabémque refrænat,
Nec non auriculæ tormenta ſonoſque coercet,
Et morſum pecoris demit, renumque dolorem,
Cunctáque thoracis mulcere pathemata fertur,
Callem præterea ſalebroſum purgat, idemque
Lumina nocte premit, ſtomachumque offendere cõſtat.

Caput 345.

Vt piloſella cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

CAlfacit & ſiccat piloſella: deinde redundat
Stypſis energia vehementer, itemque ſuperbit
Nonnihil acroris genio, vluæq; fluenta
Comprimit atque alui, ſputumque cruore madeſcens,
Atque dyſenteriam, nec non qui bile notantur
Et madidant vomitus, & rheumata cuncta repellit,

Vul-

Vulnus præterea compingit & vlcus, & aufert
Cœliaces fluxum liquidamque respergit in auram.

Caput 346.

Vt pimpinella cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

Sed pimpinellæ deficcat in ordine bino
Radix, ingq; gradu bellè calefactat eodem,
Nec non acroris virtute redundat alacri,
Quinetiam remouet nebulas caligine mersi
Luminis & clausi tenebrarum carcere nigro,
Serpentumque simul morsus, & tetra venena
Submouet, ac pestim, scrupoſque refringit, inertis
Præterea lotij suffiamina tarda propulsat,
Nec non infarctu dissoluit viscera cuncta.

caput 347.

Vt planta pes anserinus iam dicta cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

Ordine sub bino pes anseris alget, eodem
Donatur genio (longis ambagibus vltrà
Ne te quàm satis est videar studuisse morari)
Solano Dryadum viridaria culta tenenti.

caput 348.

Vt planta pes leoninus iam dicta cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

Porrò leoninus pes siccat in ordine bino,
Stypsis energia dein exornatur alacri,

Ruptu-

Ruptura ſæpe ſimul, nec non & vulnera quæuis
Glutinat, & prodeſt laxis fuſiſue mamillis.

Caput 349.

Vt potentilla cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

POrrò potentillæ radix foliumque redundat
Styptis energia vehementer, & inſuper aret
Ordine ſub terno, vluæque fluenta propulſat,
Atque alui riuos, ſputumque cruore madeſcens,
Atque dyſenteriam ſiſtit, dentiſque dolori
Competit, & firmat dentem, fluxumque coercet
Luminis, iſchiados tormenta deinde refrænat,
Vlcus præterea quod rodit & exedit artus
Amouet, atque recens coniungit glutine vlunus,
Inſtabileſque ſimul gingiuas cogit, & aufert
Sæuos articuli queſtus: ambagibus vltrà
Ne te quàm ſatis eſt videar ſtuduiſſe morari
Lector, energia parili vel dote redundat
A quinis foliis nomen quæ repperit herbæ.

Caput 350.

Vt prunella cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

CAlfacit, & ſiccat prunella, deinde ſocordi
Præſtat amaroris genio, glutenq; viritim
Præ ſe fert guſtu, nec non cruciamina ſedat
Compeſcitque ſimul capitis, morboſque repellit
Qui torquent fauces, aphthiſque medetur in ore.

Caput

caput 351.

πίσον, κ λάκυθος Græcis: Piſum Latinis.

PIſum verò fabæ reſpondet viribus: atqui
Nonnihil euariat, ſiquidem ſocordius alui
Fertur in anfractum, leuiuſque flabella miniſtrat,
Sordes præterea nequicquam tollere conſtat.

Caput 352.

Vt perficaria cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

STypſis energia vehementi pollet, & aret
Malum Perſiacam folijs imitata, deinde
Frigoris ingenio præſtat, ſyringáque tollit,
Atque dyſenteriam ſiſtit, reliquoſq; fluores,
Præterea eximiè coniungit glutine vulnus.

caput 353.

Vt perfoliata cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

PErfoliata calet ſiccatq;, deinde ſocordi
Pollet amaroris genio, ſtypſique redundat,
Glutine præterea compingit vulnus & vlcus,
Enterocelarum pueri lamenta coercet,
Atque vmbilicum qui prominet inſuper abdit.

Caput 354.

Vt pulmonaria cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

At quæ

AT quæ pulmonem præfert ſimulatue ſuperbit
Stypſios ingenio vehementer, itémque tepeſcit,
Nec non deſiccat, vluæq; fluenta coercet,
Atque alui riuum, ſputumque cruore madeſcens,
Atque dyſenteriam, & vomitum qui bile notatur.

caput 355.

Πεταοίτης Græcis: Petaſites Latinis.

ORdine ſub terno petaſites ſiccat, & aufert
Vulnera quæ ſpirant phagedænas, atque maligna.

Caput 356.

ποταμογείτων Græ. Potamogeton & fontalis La.

SIccat, dein friget fontalis, itémque redundat
Stypſis energia, nec non antiqua coercet
Vlcera, deinde nomas, pruritus inſuper, vltrà
Ne te quàm ſatis eſt videar ſtudiiſſe morari,
Æquat pulygonum: ſed enim compagine craſſa
Pulygono memorat præſtare Galenus eandem.

Caput 357.

πήγανον κηπευτὸν Græ. Ruta hortenſis La.

PIngit Hamadryadum viridaria culta, vel agri
Sedem ruta. Prior caleſactat in ordine terno:
Deſiccátque ſimul vehementer, itémque viritim
Præſtat amaroris genio, nec dote ſuperbit
Acroris leuiter, quin & compage tenella
Conſtat, & incidit, nec non per cæca reſoluit
Spiramenta truces chymos, menſeſque propellit,

Vrinámque mouet ſuper hæc, ſtabriſque medetur,
Nec non thoracis pellit craſſamina lenta,
Dimouet & pacat ſuper hæc lichenes, & alphos
Candidulos abigit, facilemq; ad regna ſalutis
Almæ dat curſum dira pleuritide quaſſo,
Nec torpere graui patitur tua membra veterno,
Tormina quem verſant higieæ in limine ſiſtit
Præterea, nec non alias aduexerit oras
Tußim, quinetiam lumbricos lumine priuat
Opponitque neci, nec non arthritida mulcet,
Moliturque moram vitæ cruciamine lumbi
Qnaſſo, dein patula roſeum de nare liquorem
Manantem cohibet, nec non vt regna ſalutis
Arripiat mulier quam præfocatio torquet
Efficit hæc vteri, dein exanthema coercet,
Thoraciſque ſimul tormenta repellit, & igni
Conducit ſacro, nec non herpeta, rigorem,
Et peripneumoniam liquidos reſpergit in euros,
Et tormenta coli, vuluæq; phlogoſin abercet,
Præterea teſtis, lumenq; reſarcit ocelli,
Nec non infarctu iecur eripit, atque lienes,
Hydropémque leuat ſuper hæc, & mulcet achoras,
Ne ruat in Venerem coniunx animoſius æquo
Præterea præſtat. Nec non arrecta deinde
Hauriat hinc animum ſpes aſthma thymumque fugari,
Formicámque ſimul, dein & cruciamen ocelli,
Dentis, & auriculæ, capitiſque, minaxq; venenum.

caput 358.

παγκράτιον Græcis: Pancratium Latinis.

Pancratium leuiter ſcillæ virtute ſuperbit.

Caput

Caput 359.

παλίουρος Græcis: Paliurus Latinis.

Radix & folium paliuri ſtypſis abundat
Gnauiter ingenio, per cœcos mittit biatus
Iuſuper, atque alui manantia plœnius æquo
Flumina compeſcit, lotijque moramina tollit,
Nec non phyma, cui non adſit feruor abercet,
Atque venenatam plagam, viruſque repellit.
At verò ſemen ſecat, & craſſamina demit
Quæ thoraca tenent, ſcrupoſque refringit, & aufert
Tuſſim, quinetiam ſcelerata venena propulſat.

Caput 360.

πάνακες ἡράκλειον Græcis: Panaces Herculeum La. opopanax eſt huius liquor.

Herculei panacis liquor per cœca reſoluit
Spiramenta truces chymos, & mollit, & aret
Ordine ſub bino, ſed terna corte caleſcit,
Extenuátque ſimul, menſes lotiumque propellit
Inſuper: at fœtum fraudatur lumine ſolis.
Nec non veſicæ ſcabiem tuſſimq́, deinde
Tormina, durities veteri, ſæuoſque dolores
Præterea laterum dentiſque, podagran, ocelli
Inſuper ingentes nebulas, conuulſa, rigorem
Febris quæ crebrò remeat, diruptáque tollit,
Iſchiademq́ ſimul, nec non anthraca coercet:
Admiſtuſque pici bellè ſuccurrit & adfert
Auxilium à rabido morſis cuſtode penatum.
Cortex radicis leuiter detergit, & idem
Calfacit & ſiccat liquore ſupinius, vlcus

Peruersum lenit super hæc, carnémque restaurat
Ossibus obductu spoliatis, atque morantem
Detrabit ex vtero partum. Sed dira venena
Semen profligat, mensesque propellit inertes,
Nec non hysterícæ questum demulcet & aufert.

Caput 361.

πάνακες Ἀσκληπίου Græcis: Panaces Aesculapicum Latinis.

QVod Deus inuenit panaces Epidaurius olim
Prædicto leuius calefactat, & vlcera demit,
Phymáque propulsat, nec non phagedænan abercet.
Semina tum flores genio decorantur eodem.

caput 362.

πάνακες χειρώνιον Græcis: Panaces Chironeum La.

PHyllíridæ panaces genio decoratur eodem.

Caput 363.

παρωνυχία Græcis: Paronychia Latinis.

POrrò paronychia terno calefactat & aret
Ordine, præterea vitium cognomine sedat,
Et pollet tenera compage, deinde resoluit
Per cæcas latebras qui possidet intima chymum,
Delinitá fauos, nec tentat corpora morsu.

Caput 364.

πέπλιον ἢ πεπλὶς Græ. Peplium & peplis La.

At semen peplidos pepli de more repurgat.

Caput

Caput 365.

Περσέα Græcis: Perſea Latinis.

PErſeæ folium ſtypſis virtute redundat
Leniter, & roſei fluxum liquoris abercet.

Caput 366.

Πιτύωσα Græcis: Pityuſa Latinis.

At pityuſa pari tithymallis dote ſuperbit.

Caput 367.

Πλάτανος Græcis: Platanus Latinis.

AT verò leuiter platanus frigeſcit & humet.
Hinc folium viridans fluxum qui iactat ocellos
Amouet & lenit, mitemq́ phlogoſin abercet,
Atque tumore leuat. Cortex pilulæq́ dearent
Plœnius. Ille fugat tormenta ferocia dentis:
Combuſtus verò ſordes abſtergit, & idem
Vlcus ſordidulum pacat, lepramq́ coercet.
At verò pilulæ ſerpentum dente petitis
Suppetias veniunt, ambuſtáque membra propulſant.

Caput 368.

Πολύγαλον, ἢ πολύγαλον Græcis: Polygalum & pulygalum Latinis.

PVlygali folium calet atque madeſcit, & implet
Vbera lacte, ſub hæc auſtero munere languet.

Caput 369.

πολεμώνιον Græ. Polemonium & polemonia La.

PArte viget tenera polemonion, atque dearet:
Hincq́ dyſenteriam, lotijque moramina tollit
Radix, & lumbi dentiſque doloribus obſtat,
Nec non duritiem ſplenis, morſumque coercet,
Bellua quem dederit flammantia lumina vibrans,
Attollenſque minas, & ſibila colla tumeſcens.

Caput 370.

πτελέα Græcis: Vlmus Latinis.

ASt vlmi folium ſtypſis virtute ſuperbit,
Abſtergetque, recens vulnus quoque glutine iungit.
Cortex aſtringit cumulatius, atque vigore
Pollet amaroris: leprámque iugatus aceto
Dimouet: at viridans compingit glutine vulnus,
Nec non rupturæ callum parit, atque miniſtrat.
Corticis ingenio radix vel dote ſuperbit.
Humor folliculi faciem polit atque venuſtat.

caput 371.

πυκνόκομον Græ. Pycnocomum Latinis.

PYcnocomi folium, & ſemen, radixq́ vigeſcunt
Acroris genio, nec non per cæca reſoluunt
Spiramenta truces qui verſant intima chymos,
Euelluntque ſimul quæ tergo hæſere ſagittas,
Phymáque demulcent. bilis radice mouetur.

Caput 372.

πενταφύλλον Græ. Quinquefolium Latinis.

A qui-

AQuinis folijs nomen quæ repperit herbæ
Radix (vt constat) deſiccat in ordine terno,
Quamuis hæc eadem leuiter calefactet, iniquo
Nequicquam ſuper hæc prædatur corpora morſu,
Nec non acroris decoratur dote ſupina,
Præterea gracili aut tenera compagine membri
Conſtat: & aſtringit ſolerter, & vlcera ſiſtit
Oris quæ nimium diro putrore madeſcunt,
Alui præterea cohibet ſopitque fluorem,
Nec non qui roſeo tinguntur ab imbre coercet
Hæc riuos etiam quauis ex parte ſcatentes,
Præterea dentes tetro cruciamine quaſſos
Amouet aut ſanat, vulnuſque repellit, & ignem
Sacrum, durities, ſtrumamq;, œdema, dolorem
Præterea lumbi. Scabies quoque pellitur inde,
Nec non pulmonis iecoriſque pathema fugatur:
Inde medela venit ſuper hæc, cum flamma medullas
Exhaurit febrium. Quin defungere periclis
Illinc præterea comitia rumpere ſueti
Morbi, quinetiam hinc ſyringa, truceſque veneni
Fugeris inſidias, nec non herpeta fugare
Hinc licet, hincq; patet via qua lenimen habetur
Ictérico, inducas animum lenirier illinc
Enterocelarum ſtimulos, artuſque dolores
Inſuper, atque fugit procul hinc arteria ſcabra,
Nec non abſceſſus volucrem hinc funduntur in auram,
Condyloma ſimul, digitique pterygia ſæua.

Caput 373.

πταρμικὴ Græ. Ptarmice & ſternutamentoria La.

PTarmice viridans deſiccat in ordine bino
Et calet, acroris genio & decoratur: at aret

Atque calefactat ſiccata ſub ordine terno,
Nec non liuores, vt ſugillata, repellit,
Eximiéque valet ſternutamenta ciere.

caput 374.

Πτέρις, ἡ πτέριον Græcis: Filix Latinis.

CAlfacit ipſa filix ſiccatque, & dote ſupina
Stypſios inſtruitur, nec tentat corpora morſu,
Quin & amaroris genio decoratur alacri.
Summouet helmynthes radix, & lumine caſſos
Extrabit, at verò ſpirantes immolat Orco
Fœtus, nec ſobolem prodire ſub ætheris auram
Permittit, ſteriles nimium reddendo puellas,
Vlcera quæ nimio manant liquore propulſat
Inſuper, & molem demit minuitque lienis.
Et quæ tanta (malum) dementia cœpit & vrget
Tot ſtolidas hominum mentes, & verſat Erinnys?
Vt certo credant Ææum fundier illinc
Semen, quod nunquam vidit Danaia Perſis
Quondam plœna magis? quod nec Mineides oræ
Norunt, nec tanto magiæ ſuccenſus amore
Bardus, Tyridates, nec non Hermippus, Erichtho?

caput 375.

πύρεθρον Græ. Pyretrum & ſalinaris Latinis.

CAlfacit & ſiccat terna ſub claſſe pyretrum.
Radix eximiè languentia membra refulcit,
Ignauumq; ſimul proritat phlegma cerebro,
Nec non ablegat pareſin, febriumq; rigorem,

Sudo-

Sudoreſque mouet ſuper hæc, tormentáque ſæua
Tollit ab ignauo ſurgentia frigore denti.

caput 376.

πύξος Græcis: Buxus Latinis.

SIccat, & aſtringit buxus, labémque coercet,
Nomen ab Hiſpani quæ traxit climatis orbe.
Sed folio rutilant huius flauedine crines.

caput 377.

περιπλόμενον Græcis: Periclymenum Latinis.

EVge periclymeni paucis nunc accipe vires
Lector, amaroris genio viget ergò, caletq;
Deſiccátque ſimul, lotijque moramina tollit:
Crebrius atque decet verò ſi manditur, vndam
Per lotium ducit roſeam, reddítq; maritos
Et pupas ſteriles, fœtumque propellit inertem,
Et demit maculam vultus à lumine ſolis
Tegæi natam, nec non lichena, rigorem,
Scrupos, aſthma, dein ſingultus, atque lienum
Præterea molem, nimióque fluentia tabo
Vlcera profligat, defeſſaq; membra reſarcit.

caput 378.

πετροσέλινον Græcis: Petroſelinum & apium ſaxatile Latinis.

QVod per ſenta petris loca ſuauem ructat odorem
Ordine ſub terno ſiccatq; caletq; ſelinum,
Quin & amaroris genio decoratur, & acri,

Nec non extenuat, lotiumq; propellit, itemq;
Menses, atque coli scelerata flabella coercet
Et stomachi, renum lateriſque minacia tollit
Veſicæq; ſimul tormenta, & tormina lenit.

Σέλινον κηπαῖον Græcis: Apium hortenſe Latinis.
Ἑλεοσέλινον Græcis: Apium paluſtre Latinis. Ὀρεοσέλινον Græcis: Apium montanum Latinis.

QVod per Hamadryadum viridaria culta niteſcit
Calfacit, atque mouet lotium menſeſque, palatum
Titillat guſtu, ſtomachumque, flabelláque tollit,
Atque ciet vomitum, pacatque venena, papillam
Grumoſam cohibet ſuper hæc, oculique phlogoſin.
Quinetiam ſimili decoratur dote paluſtre.
Præterea ſimili montanum dote redundat.

Caput 379.

πυρὸς Græcis: Triticum Latinis.

SI foris inijcias prima ſub claſſe caleſcunt
Tritica, quin obdunt leuiter clauduntque meatus.
Aſt oleum pacat ſyringa, pedumque coercet
Rimas & manuum tetrico de frigore natas.

Caput 380.

πίπερι Græcis: Piper Latinis. Eſtque triplex, longum, album, nigrum.

CAlfacit & ſiccat piper omne, vigétque tenella
Parte, trucémque fugat per ſpiramenta liquorem
Cæca, coquitq; ſimul, nec non abſterget, & acri
Pollet energia, nec non inuitat orexin,

Angui-

Anginamque fugat ſuper hæc, lenitque rigorem,
Tormina, ſerpentis morſus, & dira venena,
Nec non & tußim, & ſtrumam, ſæuumque dolorem,
Quin ciet vrinam ſuper hæc, partuſque morantes
Elicit, à nigra caligine præſtat ocellos
Immunes etiam, viduatq; madore cerebrum.
Sed compage minus gracili decoratur, & aret
Longum flaccidius, quàm quod ſplendore coruſcat,
Et nigreſcit: Item maiori dote ſuperbit
Acroris niueum, quàm quod nigredine pollet.

caput 381.

πίσσα Græ. Pix La. Eſtque duplex, ſicca & humida.

VTraque pix marcetque calétque ſub ordine bino:
Verùm ſicca calet leuius quàm ſiccet, at humens
Contrà: & amaroris leuiter virtute ſuperbit
Vtraque, & obſcurè per cœcos mittit hiatus,
Atque acrore parùm valet, & maturat, & aufert
Tetram colluuiem ſordis, compage tenella
Segniter inſtruitur ſuper hæc, ſæuoſque tumores,
Et lichena, phthiſim, ſtrumas, & pure madentes
Aures, antiadas, nec non anthraca, pedumque
Rimas & ſedis placat, viruſque coercet,
Quamque dedere tibi ſqualentia terga nefandæ
Serpentes plagam, nec non herpeta, liquores
Qui thoraca tenent, ac puis quo frangitur idem:
Nec non anginam fugat, & tubercula vuluæ,
Duritiamque ſimul ſedis, fœdáque rigentes
Vngues ſcabritie: tußimque propulſat, & aufert
Aſthma: licet melius, quæ liquet, vt arida quoduis
Glutine coniungit melius quàm liquida vulnus.

Caput

caput 382.

πισάκια Græcis: Pistacia Latinis.

Donantur gracili verò pistacia membro
Segniter, expediunt super hoc thoraca minaci
Et iecur infarctu, nec non decorantur amara
Dote, licet iusto dilutius, atque repellunt
Squameus in spiram qui sese colligit anguis
Plagam, quique fero linguis micat ore bisulcis.

caput 383.

πόλιον ὀρεινόν, καὶ μικρόν Græcis: Polium montanum & paruum Latinis.

Ordine sub terno polium desiccat, idemq;
Calfacit in bino vergente, deinde viritim
Pollet amaroris genio, genioq; superbit
Gnauiter acroris, nec non & viscera cuncta
Liberat infarctu, mensesque propellit, & aluum
Deijcit, atque mouet lotium, diróque veneno
Fœtæ serpentis plagam demulcet, hydropa
Nec non ictericum dein amouet, atque dolorem
Splenis ab infarctu collectum sedat & aufert.

caput 384.

πρόπολις Græcis: Propolis Latinis.

Calfacit & propolis vergente sub ordine bino,
Quinetiam pollet gracilis compagine membri:
Nec non vbertim quæ tergo hæsere sagittas
Elicit, ac terget, sed præstat alacrius illud.

Caput

Caput 385.

Ῥᾶ ἢ ῥῆον ποντικόμ,ιν ῥίζα ποντικὴ Græ. Rha & rheum Ponticum & radix Pontica Latinis.

Radix quam gelidæ tribuit Mæotidis ora
Viribus instruitur mistis, astringit & acri
Pollet energia, sed enim generosius illud
Efficit, amandat dein asthma, fugátque dolorem,
Estq; patrocinio vulsis, & subtrahit Orci
Faucibus à tetro serpentum dente petitos,
Confert præterea ruptis. Et colligit æger
Hinc robur stomachus, nec non perducitur illinc
Ad mætam roseo sputum liquore madescens,
Feßis præterea licet hinc succurrere rebus
Eius qui renum & lumbi cruciamine torpet,
Nec non in melius datur hincce referre dolorem
Vesicæ, & morbum, nec spes hunc vana tenebit
Qui munire petet iecur hincce, proculque fugare
Morbum thoracis, dein inteſtina cruenta, &
Infarctum splenis, nec non cruciamina tetra.
Ne versare dolos qui traxit ab impete nomen
Poßit morbus, item crudelia tormina, liuor,
Singultusque simul, medicamen habebitur illinc
Insuper, hincq; fluit trahiturq; salutis amœnæ
Copia, quem iactãt hypochondria tensa, vel haurit
Febris, quæ remeat persæpe vetusque phlogosis.
Hinc quoque cœliace, ac inflatio tetra fugatur.

caput 386.

Vt planta ribes officinis medicorum nunc dicta, cum Græcis tum Latinis fuerit appellata, in dubio apud eruditos est etiamnum.

Ordine

ORdine ſub bino ribes deſiccat & alget.
Frons & bacca valet ſtypſis virtute benigna,
Feruoremq; domat ſtomachi, roſeiq; liquoris,
Atque ſitim cohibet, vomitumque refrænat, acutas
Præterea lenit febres, aluiq; fluenta
Quælibet amandat, nec non inuitat orexin,
Acrorémque leuat bilis, ſtomachumque refulcit.

Caput 387.

Ροδον Græcis: Roſa Latinis.

POllet amaroris genio, ſtypſiſque vigore
Præſtat & inſtruitur roſa quæ diffundit odorem
Latè per Dryadum viridaria culta, flagranti
Competit olfactu cerebro: ſtomachumque refulcit,
Atque iecur firmat. Succus per cæca nociuum
Spiramenta foras chymum depellit, & aluo
Bilem profligat, nec non abſterget, & idem
Soluit ab infarctu iecur, & qui conficit eſcam
Ventriculum, pacat febres à bile profectas
Inſuper, & tremuli cordis diſcrimina tollit.
Ex marcente roſa ſuccus collectus abercet
Inteſtinorum, gingiuæ, ſedis, ocelli,
Nec non auriculæ, & capitis, vuluæque dolores
A feruore nimis rabido ſæuóque profectos.
Marceſcens porrò maiori ſtypſis abundat
Munere quam viridans, hypochondria quaſſa phlogoſi
Mulcet, eryſipelas pacat, ſtomachique reſiſtit
Humidulis vitijs, nec non & glutine iungit
Vulnus, itemq; pedum rimas compeſcit, & oris
Vlcera profligat. Caput aluum ſiſtit, & imbre
Sanguineo rutilans ſputum. Sed & vnguis eodem

Mue

Munere donatur. Medio qui gemmat in orbe
Floſculus amandat gingiuæ rheuma, fluorem
Præterea cohibet vuluæ. Lanugo caróque,
Præterea ſemen genio decorantur alacri
Stypſios, hincque alui manantem largius æquo
Compeſcunt riuum, & genitalis cuncta fluenta
Pártis, vti menſes tardos, & ſeminis imbrem.

caput 388.

Ράφανος Græcis: Raphanus Latinis.

ET duplex raphanus ſe tollit in ætheris auras:
Orneathæ ſiquidem viridaria ſternit, & agros.
Sub legione prior bina deſiccat, & idem
Calfacit in terna, & per ſpiramenta ferocem
Cæca foras pellit qui macerat intima chymum,
Nec non acroris genio vel dote redundat,
Craſſamenta dein thoracis lenta propellit,
Atque ciet lotium vomitumque, flabellaque gignit,
Et ſenſus aciem quam noxia corpora tardant
Terrenique hebetant artus moribundáque membra
Subleuat, & tuſsi veteri medicatur, & aluo
Competit, atque mouet ructum: nec dedit in artus,
Quod ſibi perſuadent homines, ientacula ſumpta.
Sed cortex vomitum ciet acrius, atque trahentes
Vſque moram ducit menſes, pacátque dolorem
Splenis ab infarctu. Quin itur ad alma ſalutis
Hinc quoque regna quibus ſceleratos vipera dentes
Abdidit, atque pedem licet hinc efferre nomarum
Tectis, & fas eſt hinc fugillata fugare,
Quin fas eſt etiam caput hinc veſtire capillis,
Quin ne ad Tartareas ſedes & ad oſtia nigra

Tete

Tete mittat hydrops, licet hincce parare medelam:
Ne quem fungus eo Parcarum iure ſub vmbras
Mittat, quo perijt Catulus, laſciuáque docti
Theia muſa ſenis, proleſque nouella tyranni
Heſperidûm, caligæ cui nomen caſtra dederunt
Bardiacique greges, vberrima copia manat
Hinc quoque præſidij. Semen remoramina lenta
Dimouet vrinæ, menſeſque propellit inertes,
Atque ciet vomitum ſuper hæc, plagámque ceraſtæ
Comprimit, infarctu leuat extricatque lienes
Præterea. Supero ne mittat ſole fruiſci
Quem gangræna coquit, datur hinc ſperare ſalutem
Inſuper, hincque fugit rapidos angina ſubeuros.
Præſtat energia verò qui ſurgit in agris.

Caput 389.

PVTIVM Græcis: Reſina Latinis.

OMnes reſinæ calefactant, atque dearent,
Parte ſub hæc gracili decorantur, itemque madorem
Per cœcos pellunt abitus, fœdæque propulſant
Colluuiem ſordis, nec non acrore vigeſcunt,
Ex alto ſuper hæc omnes memorantur iniquos
Vellere liquores. Sed enim lentiſcina primas
Aufert, vſque adeò ſiquidem virtute ſuperbit
Stypſios, vt iecori ſtomachóque labantibus addat
Incutiátque ſimul vires, & parte tenella
Conſtet præreliquis, nec frangat corpora morſu:
Nec non præreliquis genio dilutius acri
Pollet, itemque calet minimum, pacatque phlogoſin,
Et ſtabilit ventrem. Terebinthina verò ſecundas
Obtinet, hæc etenim leuius quàm dicta ſuperbit

Stypſis

Stypſis energia, reliquis animoſius autem:
Quin & amaroris genio decoratur, itemq́
Hinc quàm dicta magis per cœcum pellit hiatum
Chymos, atque calet generoſius, atque proteruæ
Sordis colluuiem dicta præclarius aufert,
Nec non emollit fœcundius, atque medetur
Pſoræ: quin alijs melius compage tenella
Conſtat, & ex alto retrahit. Quam porrò miniſtrant
Suppeditantq́ ſimul piceæ, quàm dicta ſuperbit
Acroris genio maiore: ſed bocce redundat
Hac ipſa vberius quam pinea bacca profundit,
Etſi ſplendidius non vellat in extima membra
Chymos, atque foras per cœcum pellat hiatum.
Tres modo prædictas, veluti duo ſeparat Iſthmus
Æquora, diſpeſcit quam ſudat pinus, & altos
Quæ pandit cliuos abies, & ſurgit Olympo.

Caput 390.

Pῆς Græcis: Rhus Latinis.

Bacca latexq́ rhois deſiccat in ordine terno,
Sub legione tamen bina frigeſcit & alget,
Nec non auſteri decoratur munere guſtus.
Ne trahat ad mortem niueo fulgore coruſcans
Fluxus matronam, profunditur inde medela,
Quin ſua terga fugæ volucri dabit inde rigeſcens
Aſperitas linguæ, datur inde parare medelam
Quem gangræna coquit ſuper hæc, & tetraphlogoſis,
Quæ partem fractam, nec non apoſyrma laceſſit,
Liuidulumq́ ſimul membrum. Ne corpore cedat
Vita, vel orbetur conuexi lumine cœli
Cui Styga cœliace truculenta minatur, & Orcum,

Hinc trahat apta ſuis itidem ſolamina votis,
Hinc ſuſpendit iter ſuper hæc hæmorrhois, hinc q
Spes opis ampla datur, roſeo ne tincta liquore
Inteſtina ſecent fatalia ſtamina vitæ,
Quinetiam minimè ſpes illinc paſcit inanes,
Qui ſecum ſtatuit tabo ſeu pure nimiſquam
Fœdas auriculas inhibere. Sit vnica rebus
Afflictis etiam quem fœua pterygia torquent.

caput 391.

συκῆ ἥμερος Græ. Ficus ſatiua Latinis.

SQualida ficorum maturáque cedere proles
Cum liquida medicis in eundem fertur Achiuis.
Nec non Oenotrijs vſum: ſed pulchrius iſta.
Quod verò canimus, generatim duce remotum
Sedibus à veri, nec in omnibus accipe morbis.
Calfacit & marcet ſiccatue ſub ordine primo,
Tergit præterea: bellèque nutricat alitue.
Si prurigo nimis, ſonituſque aut murmura vexent
Auriculas, ficum dictam inſtillare memento.
Cum petit antiades truculenta phlogoſis, & vrget
Scabrum pulmonis callémque viámque, ſtruatur
Hinc gargariſmus: cum verſant tormina ventrem,
Clyſter hinc flatu ſed virus abercet in hauſtu
Atque cibo: ſed enim ventri flabella miniſtrat.
Si mandatur abeſt ſtomacho iam lecta recenter,
Proritatq; aluum, papulaſq; electat & vndam
Sudoris: nec non æſtumq; ſitimq; reſtringuit.
Scirrhos inductu coquit & diſpergit iniquos.
Aluum ſicca mouet commanſa, ſitimque deinde
Rheumáque ſuppeditat ſtomacho ventriq; medetur

Veſicæ

Veſicæ & renum ſabulis, & hydropa repellit,
Nec non & magnum, cui bis patuiſſe tyrannus
Ad ſua qui populum deduxit fræna potentem
Fertur, quinetiam fugat aſthma, deinde propulſat
Tußim, quæ longo tenuit iam tempore corpus,
Quinetiam fertur tetrum lenire colorem
Longis contractum vitijs, eadémque propellit
Quæ thoraca tenent craſſamina lenta ſcreatu,
Et quæ pulmonem tenuere pathemata crebro
Temporis anfractu liquidas diffundit in auras,
Nec non inſtruitur gracilis compagine membri.
At ſpleni & iecori quod macerat atra phlogoſis
Conflat damna: parit quas nutrit ſylua capilli
Myrmecum turbas plus æquo ſumpta, deinde
Parturit in calido (probat vſus) corpore bilem.
Tollitur admotu furunculus, atque parotis,
Duritieſque, dein fluxus quo tibia languet,
Nec non panus, hydrops, canentis pernio brumæ
Munus, vt Arctoi quod detur in axe trionis.
At groſſus placat formicas, atque repellit
Verrucas, nec non ſtrumas nodóſque coercet,
Imbrem furfureum, nec non epinyctida mulcet
Inſuper, atque foras per cæcos mittit hiatus.
Quin fugit hinc etiam furunculus, atque nefandi
Muris araneoli morſus, dirumque venenum
Quod ſcolopendra tibi largitur, achorq; thymuſq.
Succus, & vnda ſimul quam ſponte profuderit arbor
Amouet impoſitu lepras, & lenit achores,
Et lichena, dein ſcabiem, morſumque veneno
Fœtæ ſerpentis, nec non myrmecian aufert,
Præterea vultus næuos depellit, & alphos:
Vlcere membra tamen conſpurcat: alacriter aufert

Præterea ſordes, nec non & menſtrua ducit.
At limen vuluæ reſeratur, & ora dehiſcunt
Vaſis, & aluus ijs non manans ducitur hauſtis.

Caput 392.

Σκόρδιον Græ. Scordium & triſſago paluſtris Latinis.

Scordion emarcetq; caletq; Repurgat inuctu
Vulnus quod fluitat ſanie, committit & ingens
Glutine, præterea cacoethis hiantia nectit
Labra cicatricis dono, mulcetq; podagram.
Et ſic tum fugient hypochondria quaſſa phlogoſi,
Tum cutis excreſcens. At potu menſtrua ducit,
Nec non vrinam, viruſque repellit, & ictum
Diræ ſerpentis, dein inteſtina cruenta,
Craſſamenq; ſimul thoracis pure redundans,
Et veterem tuſſim, & lateris tormenta ſocordi
Nata gelu, ac ſtomachum quem roſio dira fatigat.

caput 393.

Στίχας ἢ ſοιχάς Græ. Stichas & ſtœchas Latinis.

Stœchas amaroris genio viget, atque tenella
Parte, ſed aſtringit ieiunè: ac tergit, & omne
Excutit infarctu membrum, fulcimen eidem
Concilians, cerebrum, neruos, atque organa ſenſus
Purgat, & egelidum lenire pathema refertur,
Et mala thoracis cohibere, atque atra venena,
Pellere phlegma, ſimul nigrantem ducere bilem.

Caput 394.

Σκίλλα Græcis: Scilla Latinis.

Caput

CAlfacit at hinc ſiccátque ſub ordine ſcilla:
Et ſecat eximiè, & ptyſin hæmatis arcet, hydropa
Dimouet, & ſedat dyſpnœan, & aſthma, fugatq;
Tormina, & vrinam ducit, tuſſique vetuſtæ
Suggerit auxilium, ſtrigmentáque prolicit aluo.
Regius hinc etiam potu, ſtomachuſque fugatur
Cui cibus innatitat, nec eadem coctio lege
Non reſocillatur ſanè quam ritè. Sed ictus
Vipera quos dederit tibi, verrucaſque, pedumque
Rimas impoſitu lenit. Quem dona rigentis
Pernio diuexant hyemis, trahat inde leuamen.

caput 395.

Σταφὶς ἀγρία Græcis: Staphis agreſtis, herba pedicularis & pituitaria Latinis.

ORdine ſub quarto ſtaphis vrit & aret obumbrans
Agros, ac terget, nec non acrore ſuperbit,
Et trahit humani ſancta de corporis arce
Phlegma. Sed impoſitu ſcabiem, & pruriginis iram,
Rheumáque gingiuæ, & lendes, prolemq; nefandam
Summouet, & tollit, dein aphthas mulcet in ore.
Dentis porrò fugat tormenta ferocia lotu.

caput 396.

Ζίσελι Μασσαλιώτικον Græcis: Seſeli Maſſilienſe Latinis.

PRopter Maſſiliæ quod mœnia pulchra nimiſquam
Luxuriat ſeſeli calet exiccatq; ſecundo
Sub grege. Potatum fœtus & menſtrua pellit
Semen cum folijs, epilepſian, atque fluentis

Guttatim lotij ſufflamen demit, & aſthma
Corrigit, & mulcet pathos omne quod intima tentat,
Nec non & febres antiquas lenit & aufert,
Et præfocatæ ſuper hæc conferre iuuamen
Inducas animum id vuluæ: dein tormina, deinde
Frigora quæ carpens iter excipit atra coercet.

Caput 397.

σκόλυμος Græ. Carduus & ſtrobilus Latinis.

SI quis peſtiferum depromat corpore virus
Quali fragrabat quondam Pæantius heros,
Nec non Sabidius, Gorgonius, atque caterua
Tota maritorum patriæ, regnique Thoantis:
Si tam corpus odor ſceleratus tentet, Auerno
Quàm halitus erumpens ſupera ad conuexa refertur,
Aut quàm Parthenopes alto contermina muro
Faucibus antra vomunt Lernæam dira Mephitim,
Suppetias tulerit ſtrobilus ducendo malignas
Per ductus lotij cauſas & ſemina, & idem
Calfacit in terno, ſiccatque ſub ordine bino.

Caput 398.

σόγχος Græ. Sonchus & cicerbita Latinis.

AT ſonchus viridans manifeſto friget, & idem
Stypſis energia leuiter decoratur, & æſtum
Auertit ſtomachi, tetricæque phlogoſios iram
Dimouet, & confert diro cui ſcorpius ictu
Vulnus adegit atrox. Sed calfacit aridus idem.

Caput

caput 399.

ὄξυς Græcis: Seris & intibus Latinis: hortensis, endiuia est, syluestris, cichoreum.

NVminis Hellæi pomaria culta, vel agros
Intibus obuelat. Stypsis decoratur vterque
Munere. Posterior primo desiccat & alget
Ordine, præterea gustu decoratur amaro
Vberius longè quàm qui pomaria cingit:
Vberius verò gelat hic, nec siccat. Vterque
Pellit erysipelas, podagræque tyrannida mulcet,
Feruorémque domat stomachi, lenitque phlogosin
Luminis, & prodest sæuo cui scorpius ictu
Vulnus adegit atrox, aluique ruentia sistit
Flumina, cardiacen super hæc compescit, & arcet.

caput 400.

σταφυλῖνος Græ. Staphylinus & pastinaca La.

NVminis Hellæi staphylinus amœna vireta
Cingit, & induitur Cerealis ad æquora campi
Florem candidulum. Virtute redundat amara
Fusius, ac terget præclarius, atque calescit
Acrius hic illo, menseque propellit inertes,
Præterea fœtus lotijque moramina tollit,
Conceptumque iuuat. Patet hinc medicamen hydropi
Insuper, atque fugam pleuritis corripit illinc.
Commodat hic operam simili ratione veneno
Foetæ serpentis plagam cohibere volenti.
Sed Venerem stimulat radix, acuitque maritos.

Caput 401.

Στρύχνος Græ. Solanum Latinis. Estque quadruplex, hortense: halicacabus seu vesicaria: somniferū: & furiosum.

Quod per Hamadryadum viridaria culta vagatur
Solanum torpet frigetue sub ordine bino,
In siccando tamen certissima norma refertur
Esse, dein stypsis pollet virtute, fluentum
Sistit ad hæc vteri. Quin hinc ad dulcia blandæ
Regna salutis item tete perferre licebit
Quem dolor auriculæ capitisque lacessit & vrget,
Hincq; patescit iter super hæc ad blanda salutis
Regna cui stomachus feruet, nec captus inani
Spe fuerit sacros ignes hinc pellere nitens.
Ne reddas animam cui sæua parotis atroxq;
Comparat insidias, in tuta reponeris illinc,
Suppetit hincq; salus etiam quem tetra fatigat
Herpes, atque tenent illinc vestigia fluxus
Acres, qui versant oculos, venit hincq; medela
Si tentent magnum tubercula luminis orbem,
Nec non siriasis tenuem hinc fundetur in auram.
Quin à vesica nomen ducentis eadem
Dote viget folium: sed enim remoramina tarda
Semen propulsat lotij, renumq; molesta
Vesicæq; simul iecoriſque pathemata lenit.
Eius præterea quod sopit membra quiete
Proritat lotium semen: sed hydropa corymbi
Bisseni pacant, mens integra pluribus esse
Desinit: at succus tormenta ferocia mulcet:
Quem radix verò succum largitur ocellos
Explicat obuinctos tenebrarum carcere nigro:
Vestis quæ condit radicem friget in ala

Terna,

Terna. Sed cortex, ineunte ſub ordine bino
Friget, in exacto ſiccans, radicis amœnas
Quod vires animi cœcis erroribus implet,
Et cortex idem quatuor ſi pondere ſumas
Drachmarum interimit mandentem, ſiue phaſelo
Dat ferrugineo rigidi ſqualore Charontis.
Impoſitu verò cacöethe placat, & arcet
Nec non profligat cruciamina tetra nomarum.

caput 402.

Σισύμβριον Græcis: Siſymbrium Latinis.
Eſtque duplex, hortenſe & aquaticum.

OBducit lympham ſiſymbrion, atque Priapi
Regnum. Poſterius calefactat in ordine terno
Deſiccatque ſimul, per cœcos mittit hiatus
Inſuper, atque viget teneri compagine membri,
Quin ictus apium ſuper hæc veſpæque repellit,
Et furibunda ſimul capitis tormenta refrænat.
At verò ſemen calet, & compagine membri
Donatur tenera, lotiumque propellit, idémque
Singultus inhibet, ſcrupique tyrannida lenit.
Vndiuagas porrò quod ſedes ornat, in ala
Calfacit & ſiccat terna ſi marcet, eadem
Præterea dicto fermè virtute ſuperbit:
At viridans ſiccátque calétque ſub ordine bino.

caput 403.

Σαξίφραγον, ἢ σαξίφαγον Dioſcoridi & Paulo ni aſcititia ſint capita: ſaxifraga La. Eſtque multiplex.

CVnctæ ſaxifragæ deſiccant, atque caleſcunt,
Vrinámque cient, febriumque tyrannida ſedant,

Nec non ſingultus inhibent, lapideſque refringunt.

Caput 404.

στρούθιον Græ. Struthium, radicula, & lanaria La.

AT radix ſtruthi deſiccat in ordine quarto
Fermè, calétque ſimul, nec non acrore ſuperbit,
Sordes præterea nimias abſterget, & hepar
Languidulum refricat, lapideſque refringit, & aluum
Ducit, dein lotium menſeſque propellit inertes,
Tuſſim præterea, & dyſpnoeam, itemque lienis
Duritiem, ac lepram, nec non tubercula ſopit,
Quin oculis etiam nimia caligine merſis
Competit, atque valet ſternutamenta ciere:
Sed foetum rutili fraudatur lampade ſolis.

caput 405.

σαγάπηνον Græ. Sagapenum Latinis.

TErget languidulè ſagapenon, idémque caleſcit,
Præterea conſtat gracilis compagine membri,
Craſſamenta ſimul pulmonis lenta propellit,
Atque ciet menſes: at foetus immolat Orco,
Lympham proritat ſuper hæc, & phlegma per aluum,
Nec non & noſtri ſancta de corporis arce
Phlegma ſoporiferum trahit, aſthmáque mulcet, et oris
Auertit ſpaſmum, lateriſque minacia ſedat
Thoraciſque ſimul tormenta, coliq; dolores,
Et lumbi, ac vuluæ, neruique, deinde veneno
Foetæ ſerpentis morſum depellit, & arcet
Magnum, dein pareſin, frigus, capitiſque dolores
Antiquos abigit, mulcétque ſcotoma, lienis
Præterea infarctum, nec non hydropa coercet,

Lenit

Lenit opiſthotonum ſuper hæc, tußimque vetuſtam,
Spaſmáque demulcet, nec non hypochyma, tenebras,
Atque cicatrices oculi: viſumque labantem
Sarcit, & hyſtericis prodeſt, diruptáque ſanat,
Nec non & febrim quæ ſæpe recurrit abercet.

caput 406.

στύραξ Græcis: Styrax Latinis.

CAlfacit, hincq; ſtyrax coquit, ac emollit: & aluum
Deijcit obſcurè, menſeſque propellit inertes,
Præterea reuocat vocem, quæ faucibus hæret,
Nec non duritiem vuluæ, myſimq; propulſat,
Quinetiam raui ſuccurrit, itémque catarrho
Subuenit, & placat tußim, lenitque coryzan.

Caput 407.

σεννὰ Græcis: Sena Latinis.

PHlegma ſoporiferum, nocuæq; tyrannida bilis
Vtriuſque mouet ſena corde, liene, cerebro,
Membris ſenſilibus, nec non pulmone, deinde
Hepate, quinetiam terget, mittitque liquorem
Per coecos abitus, & viſcera cuncta minaci
Liberat infarctu, ſeniumque moratur inerme,
Iram præterea magni componit, & Orco
Subtrahit expoſitum pareſi, ſcabiémque refrænat,
Lapſos præterea ſenſus munimine fulcit,
Atque diuturnos capitis fugat ipſa dolores,
Phthiriaſimq; ſimul, nec non deliria tollit,
Nec non lichenem volucres diffundit in auras.
Si varijs vltrò curis agitere citróque,

Sima-

Si macerere, velut lachrymosa poemata Puppi
Nocte diéque legas, nec non mergare nefandis
Curarum nebulis, hominum vestigia vitans
Instar Nyctimenes, aut Bellerophontis Alæi,
Frigida mœroris fomenta reliqueris inde.

Σάνταλον Græ. posterioribus: Santalum Latinis.

SAntala frigescunt siccantq́, proinde flagrantem
Mulcent ventriculum, febrimq́ pathemáque cordis.

Σκαμμωνία Græcis: Scammonia Latinis.

AT verò succus quem dat scammonia mittit
Per cæcos abitus chymum, & deflagrat, & ora
Vasorum reserat, nec non acrore nimisquam
Pollet: præterea capitis tormenta vetusta,
Nec non ischiadem, & panos, ac phymata lenit,
Quinetiam bilem generosè ducit, inersque
Phlegma, sed hoc leuius: verùm frænantia iungat,
Vti quisquis eo statuit, dispendia namque
(Ceu liquet ex dictis) alioquin multa pararet.

caput 408.

Σήσαμον Græcis: Sesamum Latinis.

SEsamon at leuiter calet: occluditque meatus,
Emollitque simul, pacatq́ phlogosin ocelli,
Nec non auriculæ rupturam pellit, & vsta
Summouet, atque coli tormenta ferocia mulcet,
Craßitiemq́ simul nerui, plagámque cerastæ,
Nec non & dirum cruciamen demit ocelli
Et capitis: Verùm stomachi virtute domatur

Ægrè,

Ægrè, præterea fœdo reſpergit odore
Seſe mandentem, dein pabula craſſa miniſtrat,
Quinetiam ſtomachum ſubuertit, ſerius æquo
Fertur in anfractus alui ſuper hæcce. Superbit
Præterea ſimili ſemen cum ſtirpe medela.

Caput 409.

Σίκυος Græ. Cucumis La. Eſtque duplex, agreſtis, cuius ſuccus dicitur elaterium: & hortenſis.

QVinetiam cucumis pomaria velat & agros.
Ordine ſub bino madidat, frigétque ſatiuus,
Extenuátque ſimul, nec non abſterget, & aluo
Competit, & tollit maculas à ſole profectas,
Nec non defectus animi quos æſtus & ardor
Excitat, auertit, corpuſque nitore venuſtat.
Hinc lentigo fugit ſuper hæc, alphique recedunt:
Ne ruat in Veneris ludum generoſius æquo
Raptus amore truci, datur hinc præſtare, maritus.
Radix & ſemen tergent animoſius illo:
Marcida deſiccant prima ſub claſſe viritim.
Sed canis ore lacer, nec non epinyctide quaſſus
Expromptum reperit ſolamen ab vnguine frondis.
Gnauius ipſe pepo madidat frigétque, propellit
Inſuper vrinam, nec non abſterget, & alphos
Exterit, & Theio maculas à ſole profectas,
Atque ciet vomitum, nec non lentiginis iram
Tollit: ventriculo ſed enim diſpendia conflat,
Inuehit humores itidem ſuccoſue malignos,
Fertur in anfractus etiam velocius alui
Longè quàm melo, niueiq; cucurbita floris,
Atque parit choleram, ſedátque phlogoſin ocelli.

Supre-

Supremus cortex auertit in alma ruentes
Lumina defluxus, corpuſque nitore ꝟenuſtat,
Siriaſimq; leuat. Semen cumulatius aufert
Atque pepo nimias ſordes, renumq; medetur
Scrupis. Melones remoramina lenta propulſant
Segnius atque pepo lotij, pariantq; malignos
Humores leuius, madidantq; ſocordius illo,
Segnius anfractum ſuper hæcce feruntur in alui.
Sed qui ꝟelat agrum cucumis calefactat & aret.
E fructu preſſus calefactat in ordine bino
Succus, amaroris fœlici dote ſuperbit
Inſuper, atque ꝟalet tenera compagine membri,
Et per cœca foras mittit ſpiracula chymum,
Quinetiam terget, bilemq; repurgat, agitq;
Phlegma per anfractus alui ꝟomituſque ſcreatum,
Menſes præterea ducit: ſed lumine ſolis
Viuos fraudatur partus, alphiſque medetur,
Morbum præterea qui ducit ab impete nomen
Atque lepram mulcet, maculamq; repellit iniquam
Vultus, atque iugo premit aſthma, facitque minaci
Dentis & auriculæ finem capitiſque dolori.
Quin non incaſſum datur exercere labores
Illinc anginæ queſtum pacare ꝟolenti,
Hincq; luit pœnas œdema, procul q; faceſſit
Iſchiados rabies, permultum colligit hincq;
Frugis qui podagram, nec non tubercula poſcit
Demere, nec ꝟolucres animam diſperget in auras
Qui ſtudet icterici furijs obnitier illinc,
Eripiturque illinc læto qui nutat hydrope.
Succus radicis foliique ſocordius illæc
Præſtat: ſed radix folio generoſior eſſe
Traditur: at ꝟerò cortex effuſius aret.

Caput

Caput 410.

Σύμφυτον Græ. Symphytum & ſolidago La.
Eſtque veteribus duplex, petræa, & magna.

VIribus ornatur miſtis ſolidago petræa:
Nam ſecat, & ſtypſis genio decoratur, & aufert
Per cœcos abitus qui ſæuit in intima chymum,
Pulmoniſque fugat pus ac thoracis, & vnit
Vulnera quæ pauco tenuerunt tempore membra,
Nec non conuulſis ruptiſque medetur, & arcet
Enterocelarum furias, & ſputa cruore
Tincta, dyſenteriam, renis tormenta, phlogoſin
Sedis, itémque ſitim, faucéſque aſperedine ſcabras,
Et rubros veteri fluxus, laterumque dolores.
Magna ferè genio dictæ aut virtute ſuperbit.

Caput 411.

σμίλαξ Græcis: Smilax Latinis. Eſtque duplex, aſpera, & Læuis.

SMilax ſcabra calet ſiccátque, & dote ſocordi
Præſtat amaroris, dein atra venena propulſat.
Quinetiam læuis genio decoratur eodem.

Caput 412.

σίον Græ. Sium Latinis.

CAlfacit atque ſium deſiccat, deinde virili
Præſtat amaroris genio, & per cœca reſoluit
Spiramenta truces chymos, lapideſque refringit,
Inteſtina ſimul roſeo madidantia nymbo

Dimo-

Dimouet: & partus, lotium, menſeſque propellit.

Caput 413.

Σίσαρον Græcis: Siſer Latinis.

AT ſiſer in bina legione caleſcit & aret,
Et ſtimulat Venerem, nec non inuitat orexin,
Et gratum eſt ori ſtomachóque, cietq; morantem
Inſuper vrinam. Seuen compagine membri
Donatur tenera, & per cæcos mittit hiatus:
Nec non ſingultus, miſerandáque tormina placat.

Caput 414.

στάχυς Græcis: Stachys Latinis.

AT ſtachys in terna legione caleſcit, itemq;
Pollet amaroris genio virtutèque, & acri
Præſtat energia, menſes agit atque ſecundas
Inſuper: at foetum fraudatur lumine ſolis.

caput 415.

σιδηρῖτις Græcis: Sideritis Latinis.

POrrò ſideritis madet & frigeſcit, & aufert
Sordes, præterea ſtypſis virtute ſuperbit
Leniter, & vulnus committit, itémque phlogoſes
Mulcet, & in teneram profligat & amouet auram.

Caput 416.

σαρκοκόλλα Græcis: Sarcocolla Latinis.

SEd gluten carnis genio decoratur amaro
Segniter, & nimium patulos obducit hiatus,

Deſic-

Deſiccátque ſimul, nec torquet corpora morſu,
Glutine præterea committit vulnus, & aluo
Phlegma ſoporiferum, nec non craſſamina pellit,
Et mundat neruos, pulmones, deinde cerebrum,
Et fugat iſchiadem, nec non arthritida ſopit,
Atque cicatrices oculi, nubeſque propulſat,
Et leucoma ſimul, tuſſimque repellit, & aſthma,
Nec non defluxum qui tentat & vrget ocellos.

Caput 417.

σκόροδον Græcis: Allium Latinis.

ALlia deſiccant vruntq; ſub ordine quarto,
Extenuantque ſimul, nec non acrore vigeſcunt,
Infarctuq; leuant: ſed frangunt vlcere corpus,
Et morſu peredunt: flabellaque deinde coercent,
Et turbant aluum. Sed & hinc inferre ſalutis
Tecto ſe poterit quem lepra fatigat, & alphi,
Quin hinc deſtituunt dentem cruciamina ſæua,
Maturátque fugam lentigo, ſaluſque paratur
Quem iactat morbus qui traxit ab impete nomen,
Nec non te capiat ſpes illinc triſte venenum
Pellier, & virus quod diro vipera rictu
Membris aſperſit, fugit hinc q; hæmorrhois atra.
Quin hinc nequicquam nutet ſententiamenti
Quem rabioſa fero canis ore petiuit haberi
Promptum ſolamen, ſed & inde glabreta fugantur
Quîs ob vafriciem toto celeberrima mundo
Vel captis viſu poſuit vulpecula nomen,
Et tormenta coli fugitant, morſuſque feroces
Muris araneoli. Nec vitæ blanda ſecantur
Stamina cuius habet firmam ſententiamentem

Lumbricos illinc anidos & hydropa fugare,
Desinit hinc etiam glomerari farrea nubes,
Et lendes illinc, soboleſque nefanda necatur,
Exanthema simul fugit hinc, tuſsiſque vetuſta:
Menſes præterea lotiumque mouentur, achorq;
Cedit, quinetiam vox tinnula redditur illinc.

Caput 418.

Σπάρτιον ἢ σπάρτον Græ. Spartium & ſpartũ La.

Munere donatur Spartum vel dote geniſtæ.

Caput 419.

Σμύρνιον Græ. Smyrnium Latinis.

Smyrnion exiccátque calétque ſub ordine terno,
Et per cæca fugat nocuum ſpiracula chymum,
Nec tamen infeſto prædatur corpora morſu.
Radix & ſemen menſes, lotium, atque ſecundas
Promunt, & ſolis fraudantur lumine partum,
Nec non iſchiadis queſtum, ſpleniſque pathema
Veſicæq; ſimul iecoriſque, phlogoſin, & aſthma,
Nec non hydropem, ſtomachique flabella repellunt,
Duritiemq; ſimul, nec non œdema refrænant,
Sudorémq; cient ructumque, febrimque propulſant
Quæ crebrò remeat, lapidique medentur, & arcent
Plagam viroſi pecoris, tuſsimque repellunt,
Aluum præterea cohibent, & glutine iungunt,
Atque cicatricis committunt vulnera dono.

Caput 420.

Σίλφιον Græ. Laſerpitium & laſer La. vel ſi Plinio credimus, arbuſcula dicitur laſerpitium, ſed liquor laſer.

Quod

Quod Mauorte potens Germania nostra profundit
Laser deficcatq; caletq; sub ordine terno,
Et per cæca truces mittit spiracula chymos,
Nec non thoracis crassamina lenta propellit,
Extenuátque simul, nec non inuitat orexin,
Atque venena domat, pestisque tyrannida mulcet,
Phlegmáque ventriculi remouet, plagámque veneno
Fœtæ serpentis, nec non cruciamina lumbi
Sopit, & ablegat morsum canis, atque rigorem
Dimouet, & stomachum fulcit munimine lapsum,
Nec non anthracis quæstum, tussimq; refrænat,
Sanguineum super hæc grumum lactisque repellit,
Ictericumq; simul, nec non pleuritida mulcet,
Atque oculos etiam nigra caligine septos
Exuit, & placat tormenta ferocia dentis,
Suffusos etiam medicatur, & asthma coercet,
Atque fugat tetanum, nec non hydropa repellit,
Vocem præterea sarcit, corpusque nitore
Spargit, opisthotonum dein anginamq; coercet.
Titan Oceani radebat marmor Iberi,
Cum Deus immensum pelagus qui numine torquet,
Pleioneq; nepos, & vasti rector Olympi
Attegiam legerent, nulli pietate secundus
Tunc Hyrieus tenuit non ampli cultor agelli.
Confectos igitur nimióqae labore trahentes
Ægrè membra videns, magalia nostra subire,
Si modò sit vobis illæc sententia cordi,
Ne dubitetis ait: peregrinis namque benignam
Iunximus hospitio dextram, semperq; futuros
Hac nos parte reor similes, dum vita manebit.
Talia commemorans perstat, mirèque serenum
Præfert in superos vultum: qui mente sagaci

Denſa volutantes etiam ſupereſſe viarum
Tædia, ſordidulis pergunt ſuccedere tectis.
Hîc domus haudquaquam regali fumida luxu
Inſtruitur, ſed enim Lenæi grata feruntur
Munera quæ fundant patulæ carcheſia fagi.
Sumit Amyclæus primum cratera, ſequentem
Propinare Ioui mandans. Per dura recurrit
Hoſpitis oſſa tremor longè latèque tonantis
Voce Panomphæi prolata. Vt corde timorem
Expulit, Ægiocho redimitum cornua taurum
Mactat ruricolam, rapidis & viſcera flammis
Inijcit, atque oleum crepitantia fundit in exta.
Iuppiter his actis nullam patiere repulſam.
Fatur ad hoſpitij dominum, ſi munera terræ,
Si maris extremos Arabas ditantis & Indos
Exegiſſe velis. Hyrieus nil pectus adurit
Auri ſacra fames inquit, ſed paruus in aula
Luderet Æneas vtinam, ſed gaudia nolim
Matris Acidaliæ. Cupierunt ergo perempti
Tergora vulſa bouis: quæ nacti, flumine largo
Farſerunt lotij, nec non tellure ſub ima
Texerunt. Decimi cum iam foret orbita menſis
Tota peracta, venit dulcem nymboſus in oram
Luminis Orion, illinc primordia ducens.
Vt tantum lotij poſſent effundere, gnaros
Rerum cœlicolas radice hac credimus vſos.

caput 421.

Τέρμινθος Græcis: Terebinthus Latinis.

Semen, frons, cortex terebinthi ſtypſis abundant
Munere, ſed leuiter, flagrantq; ſub ordine bino,

Deſic-

Deſiccantq́ ſimul: modicè, viridantia: bino
Sub grege cum marcent. Fructus remoramina tollit
Vrinæ, & Venerem ſtimulat, morſumque phalangis
Pacat, & infarctum ſplenis demulcet & aufert.

caput 422.

Τραγάκανθα Græ. Tragacantha Latinis.

SIccat, & obducit ſuper hoc tragacantha meatus,
Ne mors excipiat renum cruciamine diro
Præterea quaſſos hygieæ admouerit oris
Blandis, neue paret veſicæ roſio mortem
Efficit. Hinć fugam tuſſis maturat, ocelli
Morbus, & aſperitas faucis, fluxuſq́ catarrhi.

caput 423.

Τρίβολος Græcis: Tribulus Latinis. Eſtque duplex, terreſtris & paluſtris.

STypſis energia tribulus decoratur vterque,
Friget præterea, morbóſque repellit ocelli,
Putoremq́ ſimul, nec non eliminat vlcus
Oris, quod feruet, tonſillas inſuper aufert,
Nec non gingiuam fluidam, cunctaſque phlogoſes
Amouet. At ſemen terreſtris parte tenella
Præſtat, præterea demulcet renis iniquum
Scrupum, quinetiam cui ſubdola vulnus adegit
Vipera ſubſidium confert, viruſque propulſat.

caput 424.

Τριχόμανες Græcis: Trichomanes & capillaris Latinis.

Mentoris ac Phidiæ certißima norma caloris
Trichomanes ſiccat, ſecat, & diſpergit, achores,
Ictteron, & ſtrumas, hæmoptyſin, atque lapillos,
Et lienteriam fugat, & glabreta coercet,
Quîs ob vafritiem toto celeberrima mundo
Vel captis viſu poſuit vulpecula nomen,
Plagam reptilium dein arcet, agitque ſecundas
Et menſes, inhibet crebrum porriginis imbrem
Inſuper, atque leuat pigro thoraca liquore
Pulmonémque. Suis adiantum viribus æquat,
(Ceu medici perhibent) longis ambagibus vltrà
Ne te quàm ſatis eſt videar ſtuduiſſe morari.

Caput 425.

τῆλις, μεραίτις, ἀιγόμερος, ἢ ϑόμερος Græcis:
Fœnum Græcorum Latinis.

Ordine ſub primo ſiccátque, calétque ſecundo
Fœnum Græcorum, nec non emollit, & vlcus
Atque cutem terget, ſuper hæc per cœca reſoluit
Spiramenta truces humores, atque phlogoſin,
Quæ non efferuet vehementer, demit, & aufert
Impoſitu, ac minuit ſplenem, demulcet achoras
Inſuper, & crines, & canum furfuris imbrem.
Quos teneſmus habet, quibus inteſtina cruenta,
Sedes Tartareas, Erebumq; minantur Auernum,
Profluit inde ſalus potu: myſeſq; phlogoſeſque
Inſeſſu hinc fugitant veteri, queſtuſque dolorum,
Quorum iam dicti iecerunt ſemina morbi.

Caput 426.

Vt plan-

Vt planta trinitatis Fuchſii quæ potiori iure ita dicitur quàm doctiſsimi Matthioli cũ Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

VErùm planta cui fecit iam ternio nomen
Ex pulmone trahit pus ac thorace, phlogoſin
Eius, & aſthma, malum cutis omne, ſacrumq; propulſat
Præterea morbum, liquidámque reſpergit in auram,
Ruptum inteſtinum: dein arcet & amouet, vlcus
Glutine committit ſuper hæc iungitque, deinde
Diſſecat, vtq; ferunt bina ſub corte caleſcit,
Quamuis deſiccet dumtaxat in ordine primo.

caput 427.

Τεῦτλον Græcis: Beta Latinis. Eſtque duplex, Candida ſeu Sicula, & nigra.

AVricomum ſpargit nigra florem beta per hortos
Candidáque. Exiccatq; caletque ſub ordine terno,
Participátque nitrum, & per cœcos mittit hiatus
Inſuper effrenem qui ſæuit in intima chymum,
Quinetiam noſtri ſancta de corporis arce
Phlegma ſoporiferum ducit pigróſque liquores,
Nec non infarctu iecur aſſerit atque lienem,
Et fugat auriculæ tormenta ferocia, terget
Inſuper, ac niuei ſtillantem furfuris vndam
Comprimit, & lendes, herpetáque ſedat, & alphos.
Exanthema ſimul teneram hinc vaneſcit in auram,
Et ſacer ignis: item quem pernio iactat, & vrget
Pars ambuſta, licet morbis defungier illinc.
Stypſios eſſe tamen nigræ ſcintilla ſciatur,
Atque proinde minus moliri dicta viritim.

caput 428.

Τορδύλον, τορδύλιον, ἢ σέσελι Κρητικὸν Græ. Tordylum, tordylium, & seseli Creticum Latinis.

PRouocat vrinam tordylion, atque morantes
Plus nimio menses, abigitq́ nephritidos iram,
Et calet & siccat. Radix crassamina lenta
Quæ thoraca diu tenuerunt demit & aufert.

caput 429.

Τιθύμαλος Græ. Tithymalus, herba lactaria, lactuca captina, & marina La. Estque septuplex.

QVot celebres sophia terram coluisse feruntur
Argolicam, species tithymalli ponere fas est.
Sub grege calfaciunt quarto: ac vehementer inarent.
Cunctorum partes eadem, discrimine magno
Nilominus, pariunt: Tenet arcem lacteus humor,
Semen cum folio vestigia vero deinde
Prima legunt, sed enim socors premit vltima radix.
E medio tollunt igitur cutis omne pathema,
Ceu varum, scabiem, clauum, syringa, thymumq́;
Verrucamq́, dein licbena, pterygion, vlcus
Gangrænam redolens, ducuntq́ mouentq́ saburram
Phlegmatis, atque vndæ molem, bilisque per aluum.
Nec dumtaxat eo variant discrimine partes,
Verùm etiam & frutices: per quem stat vt inuia bubus
Lanigeróque gregi sint arua, secundus habetur
Nulli, prima sub hunc fert verò præmia myrto
Assimilis, palmam dendrodes inde sequentem
Possidet, inde subit platiphyllus, at inde cupressum
Qui præfert. sequitur, post hunc qui littus obumbrat,

Tùm

Tùm qui ſplendiduli rapitur vertigine ſolis.

Caput 430.

Τρίφυλλον Græcis: Trifolium Latinis.

CVius texuntur de vimine ſerta triphyllum
Ordine ſub terno calefactat & aret. Hydropa
Qui nondum inaluit, magnum, pleuritida, menſis
Atque moras lotij potatum demere fertur,
Quoſque venena ſerens molitur bellua morſus,
Hyſtericæq; malum. Cacöethe placat inunctum.

Caput 431.

Τρίφυλλον λευκόν Græ. Trifoliũ pratenſe La. Eſtq; triplex, luteum, candidum, & purpureum.

PIngit luteolis gemmantia prata triphyllum,
Candiduliſque, dein Sarrani floribus oſtri.
Partibus eſt teneris, leuiterq; aſtringere fertur,
Deſiccátque parum, memoratu dignus eidem
Acror abeſt, veteri candentia flumina ſiſtit
Inſuper, atque coquit, celerátque phlogoſin iniquam.

Caput 432.

Τραγοπώγων Græ. Tragopogon & barbula hirci La.

VEſicæ, ac renum, iecoriſque pathemata lenit
Thoraciſque ſimul tragopogon, atque flagrantem
Demulcet ſtomachum. Lateris tormenta propulſat
Succus mirificè, committens glutine vulnus.

Caput 433.

Τύφη Græcis: Typha Latinis.

Flore typhæ fugiunt flammis crepitantibus vſta.
Enterocelarum pappus lamenta coercet.

caput 434.

Τεύκριον Græcis: Teucrium Latinis.

Parte valet gracili, & calefactat in ordine binæ
Teucrion, & ſiccat terno, minuitque lienes,
Atque venenatos ictus morſuſque refrænat.

caput 435.

Υποκυϛὶς Græcis: Hypocyſtis Latinis.

Typſios inſtruitur cum primis dote, deinde
Friget & exiccat, menſeſque hypocyſtis abercet.
Quin Ioue præterea ſupero datur inde fruiſci
Quem torquent fluxus, aut inteſtina cruenta,
Inde ſalus etiam venit atque paratur atroci
Cœliace quaſſo, redit inde in membra facultas
Inſuper, inde ſalus etiam proficiſcitur illi,
Vuluæ prociduæ queſtu quæ torpet iniquo,
Arripit inde viam quæ ducit ad alma ſalutis
Tecta ſimul cuius tormentum verſat ocellos,
Inde quoque aſpirat natura benigna labori,
Vlcera quæ miſero poſuere cubilia in ore,
Nec non herpetum queſtus inhibere volentis.
Cuius eryſipelas & pernio membra laceßit,
Inde medela fluet, ſpe non fruſtraberis inde.

Caput 436.

Υπέρικον Græcis: ὑπέρεικον Nicandro: Hypericum Latinis.

Innu-

INnumero tenuis donata foramine cribri
Planta foras latium menſeſque propellit inuncta.
Dimouet hauſta febrim quæ terna luce recurrit
Aut quarta, & gracili decoratur parte, calétque
Et ſiccat. Semen coxæ tormenta refrænat.
Semine cum ſolio viridanti fœda cicatrix
Ducitur impoſito: ſed cum marcente, recedunt
Vlcera quæ tabo ſpumant nimióque madore.

Caput 437.

Υοσκύαμος Græ: Hyoſcyamus & Apollinaris La.

FLauet hyoſcyamus, nigricátque, & ſemine candet.
Accelerant primi funeſto fata veneno.
Verùm lacteolus terna ſub corte gelaſcit.
Caulibus eiuſdem, ac folijs, & ſemine liquor
Exprimitur, calidum quirbeuma, phlogoſin, & iram
Sæui demulcet cruciaminis, atque pathema
Seu morbum vuluæ, tußimque reſpergit in auras,
Sanguineumque fugat trepidans cum murmure flumen
Atque catarrhon, item qui verſus lumina tendit
Humorem, & menſes. Quam turgens mamma laceßit
Hac quoque ſtirpe fruens, hygieæ prenderit oras,
Hacque podagra fugit nimij te nata cululli.
Quinetiam hæc dictis eadem non tuſa medentur.

Caput 438.

ὑάκινθος Græcis: Hyacinthus Latinis.

VErnas cæruleo glebas hyacinthus, & albo
Veſtit honore: triplex genitricē primus obumbrat,
Maximus, & maior, minimus. Erigeſcit in ala

Terna

Terna languidulè, ſiccátque ſub ordine primo
Quam geſtant radix. Lotium propellit in hauſtu,
Et quos intulerint inimica phalangia morſus
Amouet. Impoſitu ne barba ſonaret Othoni
Hæc etiam potuit præſtare. Ac ſemen in hauſtu
Confert cœliace nec non aurigine quaſſo, &
Pulchrius aſtringit radice, ſub ordine terno
Siccat, at in calida gelidáque cohorte putetur
Gnomon Praxitelis, Lyſippi, Zeuſis, Apellæ.

Caput 439.

Υσσωπος Græ. Hyſſopus La. Eſtque duplex.

INter luxuriat pomaria culta, vel alti
Culmina celſa iugi Danao quam nomine dicunt
Hyſſopum. Siccátque calétque ſub ordine terno, &
Parte viget gracili. Tuſſim quæ tempore longo
Ilia quaſſauit, lumbricos, aſthma, catarrhum,
Ac peripneumoniam, & turpem fœdumue colorem
Summouet, & craſſos humores elicit aluo
Pota. Sed auriculæ demulcet flabra vapore.
At reprimit dentis cruciamina tetra lauando.
Inde pateſcit item, ſi gargariſma ſtruatur,
Splendidus anginæ dignuſq; celeumate portus
Æra complenti. Medicatur inuncta lienem,
Sugillata dein tollit, pacatq; phlogoſes.
Hinc venit auxilium ſuper hæc ne vertat in vndam
Te miſerandus hydrops, velut Adria, Bilbis, & Acis,
Ac Cyane, & Buris liquidam ſumpſere figuram.

Caput 440.

Υδροπιπερ Græcis: Hydropiper Latinis.

Sugil-

Svgillata leuat folium viridantis in amni
Vel ſtagnante vado piperis cum ſemine inunctum,
Duros præterea fertur ſedare tumores.
Hanc etiam vitant herbam fugiuntq́ viritim
Vulnificæ muſcæ, glabri volucreſue Neronis.

Caput 44.

φλόμος Græcis: Verbaſcum, candelaria, candela regis, & lanaria Latinis.

IN binas trahitur ſpecies lanaria, candet,
Aut folijs etenim nigricat: candore nitenti
Mas, fœmella, vigens in agro, verbaſcula, ſpiraus
Et nidore vacans, lychnitis denique ſubſunt.
Cunctarum folio vires induntur eædem:
Namque ſuperuacuos per ſpiramenta reſoluit
Humores, terget moderatè, ſiccat & aret,
Præſtat amaroris genio, ſed flaccet acuti
Aut acris nimium virtute ſaporis, ineſtq́
Vis aſtringendi ſubinermis. Ad vlcera confert
Quæ ſibi flammiferis ſumpſerunt nomen ab aſtris,
Nec non & vulnus, chariq́ phlogoſin ocelli,
Atque œdema, ſub hæc ambuſta repellit inunctu.
Nec non articuli tormenta ferocia mulcet.
Cunctarum radix alui potata fluores
Aſtringendo premit, nec non hac lege coercet
Renis & infarctum veſicæ, quæq́ per annos
Multos contraxit tecum commercia tuſsis
Indomitæ queſtum. Potata vel illita verò
Ad contuſa manum diuulſaq́ ruptáque præbet
Auxiliatricem. Dentis cruciamina ſæua
Demit collutu pacatue. Sed illita varos,

Rugas,

Rugas, & næuos faciei dimouet vnda
Floribus extuſa. At rutilos euadere crines
Succo luteoli floris docet vſus abundè.

Caput 442.

Vt fragaria cum Græ. tum La. fuerit appellata, in dubio apud eruditos eſt etiamnum.

Serpit humi duplex fragaria, magna minórque.
Quem tormenta coquunt ſplenis, vel bile flagranti
Exundans ſtomachus, ſediſue fluenta fatigant,
Hanc edito. Sed enim compingit vulnus inunctu,
Atque ſacros ignes, oculique phlogoſin abercet,
Flaccidulámque ſimul gingiuam tollit, & vlcus
Quod nimis ora tenet liquidam diffundit in auram.
Si premit aſthma, dolor ſi ſplenis, ſuggerit hauſtu
Succus præſidium. Feruentis bile corymbus
Ardorem ſtomachi lenire ſitimque refertur.
Vlcera per faciem, ſceleratus anhelitus oris,
Humorumque fluor qui verſus lumina tendunt
Aera ſub liquidum fugitant liquore repulſa
Expreſſo fragis, nec non hypochyma recedit.
Feruores iecoris bibita radice fugantur.

Caput 443.

Φοίνιξ Græ. Palma La. Fructus eius etiã φοίνιξ Græcis. palmula & dactylus Latinis. Fructus palmæ Indicæ ὀξυφόινιξ Græ. palmula Indica Latinis.

Palmæ cuncta ſimul decorantur membra vigore
Stypſios. Æquali munitur dote boraſſus,
Atque medulla, dein ſuccus quem brachia donant

Sea

Seu rami. Baccæ madidantia sputa cruore
Tollunt seu frænant, aluique fluenta coercent,
Atque dysenteriæ questus inhibere feruntur,
Lapsum præterea stomachum firmamine donant.
Nec tua lanificæ fatalia stamina rumpent
Inijcientque manum Parcæ, quem iactat iniquus
Vesicæ morbus, modo sit sententia menti
Suppetias illinc diamq; parare salutem.
Exusti nuclei staphylomata luminis arcent.
Corripit inde fugam super hoc palpebra glabrascens
Imbre capillitij, quin alta mente repostum
Phlyctides hinc tolli maneat, dein carnis hiulcæ
Molem: quinetiam spe non lactatur inani
Inde cicatricis qui nititur vlcera dono
Claudere, tum verò patulos farcire meatus.
Quæ condit fructum vestis dum palma comantes
Induitur flores desiccat pulchrius hisce,
Atque leuat diris exercita viscera morbis,
Ventriculumque simul stabilit: iecoriſque dolorem,
Et scabiem demit, vluæq; fluoribus obstat,
Atque alui, nec non versantem hypochondria morbum
Sedat, itemq; nomam tollit, nigróſque capillos
Reddit vti memorant. Quin hinc elaberis iræ
Tormenti renum, nec spe hinc lactaris inani
Cuius mens agitat vesicæ auferre dolorem.
Radix desiccat, nec frangit corpora morsu.
Palmula verò cui tellus Gangetica nomen
Suppeditat friget siccatque sub ordine bino,
Restinguitque sitim, bilemque propellit & aufert
Præterea vomitum, nec non inuitat orexin,
Atque dolore leuat caput, & lichena repellit:
Sed grauis est stomacho, qui frigore torpet inerti.

Nec pa-

Nec patet hinc aditus quæ terna luce recurrunt
Præterea febribus, & quæ feruore medullas
Vrgent, exigitur membris hinc ſpurca deinde
Pſora, deinde ſalus hauritur amœna lienum:
Quaßis infarctu hinc, nec non auriginis ira,
Inuebiturque ſalus illinc qui languet hydrope,
Hinc quoque blanda ſalus emergit & alma maniæ
Corrupto furijs, & lepra faceßit in auras:
Nec ſpes hinc mentem fallit ſedare catarrhum
Conantis, nec non exprompta medela paratur
Obijcitur q; ſalus alphorum hinc labe notato.

Caput 444.

Φῦ, ἢ ἀγρία νάρδος Græcis: Phu & nardus ſylueſtris Latinis.

PHu latus expoſitum tormento ſiue dolori
Vindicat, & menſes lotiumque propellit, idemque
Ordine ſub bino calet exiccatque, venenumque
Amouet. Et radix ſimili virtute redundat.

Caput 445.

Φάκος ἢ φακή Græcis: Lens Latinis.

MEntoris ac Phidiæ lens regula ſumma caloris
Atque gelu fertur, licet areat ordine bino,
Præterea coquitur ſtomachique vigore domatur
Ægrè, quinetiam compeſcit hydropa, deinde
Munia conſpectus obtundit, plœna tumultu
Somnia conflat, item cancrum, neruique dolores,
Atque leontiaſin, ſtomachiq; flabella, deinde
Inteſtinorum: menſeſque coercet & abdit,

Ac

Ac fluxus ventri: nigræq́ tyrannida bilis
Siue melancholiæ cumulat dispendia potu.
Vlcera deterget, sinuosaq́ glutinat, igneſq́
Amandat sacros, oculi sediſq́ phlogoſin
Insuper, & lactis grumos, herpetáque, nec non
Duritiem, & podagram, & strumas, papulamq́ coercet
Et leuat impoſitu. Quem crusta moleſtat, & algens
Pernio consumit, noma quem gangræna versat,
Vtitor hocce modo. Sed enim velamine tuta
Omnibus astringit numeris, adeoq́ moleſtam
Demit cœliacen, ac inteſtina cruenta,
Nec non omnimodo ſtabilit firmamine ventrem.
Parcius astringit multò ſi tegminis expers
Intra corpus eat, nec dicta pathemata lenit.
Pugnat in immenſum decoctio lentis, & ipſa
Vis astringendi: proin aluum ducit inertem.

caput 446.

Φίλυρα Græcis: Tilia Latinis.

ILlitus apprimè coniungit vulnera cortex
Siue liber tiliæ: pedibuſq́ tumentibus addit
Hoc folium pacto finem: ſed liquor eodem
Reſtituit fluidum pacto fulcitq́ capillum.

Caput 447.

Χελιδόνιον Græcis: Chelidonium Latinis.

DVpla chelidonij eſt ſpecies, maiorq́ minorq́.
Prima iugo ſicci terno calidiq́ ſacratur,
Præterea remouet nebulas caligine ſepti
Luminis, & clauſi tenebrarum carcere nigro.

Ictericumq́ fugat, nec non herpeta. Caleſcit
Ordine poſterior quarto ſiccátque, deinde
Subuenit vnguiculis ſcabris, ſcabiémque refrænat,
Demit præterea ſtrumas, ficóſque coercet.
Quinetiam egregiè, patula ſi nare trahatur,
Vt ſtabulum Augiæ, cerebrumque caputque repurgat
Ex radice liquor tuſus cum melle ſubactus.

Caput 448.

Χαμαιδρὺς Græcis: Chamædrys & triſſago Latinis.

ESſe duûm poterit, vulgaris ſcilicet, atque
Gniſia, triſſago genera, rurſuſque ſecatur
Fœmellæ atque maris diſcrimine. Tußis, & hydrops
In primo gradiens curſu, ſpaſmuſque, lienq́
Turgidus ob molem, velut & Marpeſia cautes
Fermè durus, ad hæc obſtructio viſceris, humor
Craſſus, & vrinæ, ac menſis, pueriǵ morantis
Sufflamen potu remouetur. At vlcera terget
Impoſitu, nec non aciem procudit alacrem.
Tetra venena domat potata vel illita membris.

Caput 449.

Χαμαιπίτυος, ἢ γῆς ἔιφανος Græ. Chamæciſſus & hedera terreſtris La. Licet non ea ſit quam ita vocant officinæ medicorum.

POta chamæciſſi folium floréſque propulſant
Infarctum iecoris, lotij menſiſque fluorem
Inſuper eliciunt. Si corpus tardet alacris
Auriculæ munus, ſi tingat membra nefandus
Ictherus, indigno ſi coxa dolore grauetur,

Si ra-

Si rabie peſtis quatiare, ſalutis amœna
Hinc ſperare licet penetralia ſiue penates:
Quandoquidem ſiccat nec non calefactat vtrumque.

caput 450.

Χρυσάνθεμον Græcis: Chryſanthemum Latinis.

CAlfacit & ſiccat chryſanthemon ordine bino.
Floribus impoſitis hygieæ allaberis axi
Quem ſteatoma ferit, bibitis quem regius vrget.

Caput 451.

Χαμαιλέων Græ. Chamæleon La. Eſtque duplex.

CArduus euarians Lagæi Proteos inſtar
Candidus atque niger ſummis ponuntur iatris.
Eximiè valeas peſtim radice prioris
Demere potata, viruſque retundere, latos
Tollere lumbricos, & hydropa, moráſque trahentes
Vrinam, nec non muréſque canéſque ſuéſque.
At cutis omne malum, ceu lichen, atque dolores
Dentibus hærentes, ſi colluis hacce, recedunt.
Intra corpus (ait medicorum tota corona)
Si radix nigri ſumatur, habere venenum:
Sed foris iniecta pſoram, lichena, dolorem
Dentis in exitium ferri, dentémque refringi:
Nam ſecat, exterget, mollit, cutis omne pathema
Seu vitium tollit, phagedænas inſuper aufert.
Vtriuſque facit varij ſtipendia radix
Terna ſeruoris nec non ſqualoris in ala.

Caput 452.

χαμαιπίτυς Græ. Chamæpitys, aiuga & abiga Latinis.

ANcyraclonotis, fœmellá, maſq; virentis /
Sunt aiugæ ſpecies. Mala renis, tormina, coxæ
Fœmina depellit cruciamen, & ictcron, heparq;
Expedit infarctu, lotiumq; propellit, & aluum
Deijcit, atque ciet menſes, partum, atque ſecundas:
Vlcera compingit viſco, duraſq; mamillas
Inſuper emollit, nec non herpeta coercet,
Ordine ſub terno ſiccatq; caletq; ſecundo.
Hæc eadem præſtant reliquæ, ſed dote minori.

caput 453.

Χαλβάνη Græcis: Galbanum Latinis.

SVccus galbaneus calefactat in ordine bino
Gnauiter: at verò leuius deſiccat eadem
Sub ſtatione, dein per cœcos pellit hiatus,
Et trahit ex alto, dein emollire refertur,
Si te rupta coquant, illi ſpem crede ſalutis
Inſuper, & promit ſpoliatos ætheris aura
Partus, & capitis prodeſt vertigine rapto,
Et pathos ablegat comitia rumpere ſuetum,
Atque dyſenteriam depellit, & aſthma coercet
Inſuper. Hincq; tenet portum cui dentis enyo
Seu dolor inſidias molitur, amœnáque ſurgit
Inde ſalus diro laterum cruciamine fracto.
Atque diuturnæ potes hinc euadere liber
Tußis ab incurſu, nec non hinc ſpaſma recedit,
Excutiturq; ſimul facie hinc lentigo nefanda,
Contrahiturque ſalus quam menſtrua tarda laceſſunt
Et ſtranguriæ queſtus. Nec colchicon auram
Subtrahet ætheream, nec rumpet ſtamina vitæ
Eius qui tendit greſſum hinc ad blanda ſalutis

Regna,

Regna, nec hysterícas dolor aufert, inde leuamen
Expromptum nixas conflare, fugamq; capeßit
Inde venenoso deſpumans bellua rictu,
Quæ trahit immenſos gyratque volumen in orbes.

caput 454.

Ψύλλιον Græcis: Pſyllium Latinis.

PSyllion articuli capitiſque doloribus obſtat,
Nec non vt fugiat liquidaſque faceſſat in auras
Phyma, parotis, ad hæc œdema tumorue, puelli
Inteſtinorum ramex, ſacer ignis, & extans
Vmbilicus, idem præſtare refertur abundè,
Vlcera præterea peruerſa & ſordida terget.
Qui luxata gerit, dictiſq; obnoxia membra,
Pſyllion admoueat, non intra viſcera ſumat:
Hoc etenim pacto vires labuntur: & angor
Cordis, & ignauum frigus, torporque, tremorque,
Aſthmáque proueniunt, ac Tbeia cuſpide mœror
Tantalidis fixæ violentior, atque gementis
Fratrem Lampeties. Succus cum melle iugatus
Vermibus auriculam leuat atque fluore ſcatentem.
Ordine ſub gelidi ſemen meret æra ſecundo:
Sed veluti gnomon Polycleti, & Phragmonis, atque
Parrhaſij in ſicco madidóque locarier aiunt.

caput 455.

Ψευδόναρδος Græcis: Pſeudonardus Latinis. Eſtque duplex, mas & fœmina ſeu lauendula.

NOn genuina duplex adoleſcit vbique locorum
Nardus, maſculei nomen ſortita decenter,

Ac interstitij muliebris. Flabra coercet,
Atque mouet lotium, gracilis quoque partis habetur,
Nec non prolectat menses, ducitq; secundas.
Hinc memor ad stomachi solatia prompta dolorem
Frigore manantem vuluæq; parato. Lienes
Amouet eduros, infarctu liberat hepar
Insuper, atque calet siccatq; sub ordine bino,
Præterea cerebri gelidos madidósque repellit
Neruorumq; velut pareses & comata, morbos.

Νάρδος, ἡ νάρδος σάχυς Græ. nardus & spica nardi La.
Νάρδος Κελτικὴ Græ. Nardus Celtica Latinis.

AT verò nardus siccat sub corte secunda,
Quamuis calfaciat duntaxat in ordine primo,
Stypsis energia super hæc decoratur abundè:
Quin & amaroris leuiter virtute redundat,
Acrorisq; simul, nec non munimine fulcit
Hepar, cor, stomachum, stomachiq; doloribus obstat
Qui torquent morsu, ac eiusdem flabra repellit,
Ac sopit fluxum capitis, thoracis, & alui,
Nec non qui vuluam, dein intestina lacessit,
Ictericosque iuuat, vterique phlogosin abercet.
Nardus porrò cui nomen tribuisse refertur
Celtica terra, magis calefactat, inersque propellit
Atque mouet lotium quàm dicta, minusque redundat
Stypsis energia: proin hæc ignauior esse
In multis horum quæ sunt memorata refertur.

Caput 456.

Ὠκιμον Græcis vetustioribus: βασιλικὸν recentioribus: Ocimum & basilicum Latinis.

Ocimon

Ocimon esse triplex sedeat sententia menti,
Grãde, dein paruũ, et mediocre. Timoris in hausta
Pellit semen onus, rugas tetricásque Philippi
Principis Æneadûm, quas nigræ copia bilis
Inuehit, & lotij sufflamina tollit abundè
Quod remorabatur, flabelláque sæua coercet.
Tractum nare, tibi sternutamenta ciebit.
Nec minus hæ dotes latitare feruntur in herba.
Quem crudele nimis versat cruciamen ocelli,
Planta iuuat, nec non maturat, itemq; resoluit
Per cæcos abitus, sed abundat fæce madoris
Excrementitij, & calefactat in ordine bino.
Quin & odoratu cerebri cordisque restaurat
Et refricat vires. Crebrò commansa retundit
Hæc visus aciem, & stomachi virtute domatur
Ægrè, præterea distendit lacte papillas,
Emollitque aluum. Sed enim caligo, fluorq;
Humorum versus qui lumina tendit, ocellum
Destituunt huius succi amandata perunctu.

Caput 457.

Ωκιμοειδὶς Græ. Ocimoides & ocimastrum Latinis.

MOrsibus omnigenæ serpentis in imbre Lyæi
Ocimoidis adest semen, coxæq; dolores
Hoc abigit pacto, nec non calefactat, & aret
Inciditque simul, nec non compagine membri
Donatur tenera: leuitèrque astringit: idémque
Præstat amaroris genio, mordáxque negatur.

Hæc ſuper herbarum philiatrus dote canebam,
Et ſuper arboribus, cum iam pax miſſa per orbem
Turmæ Chriſticolæ cobiberet limina Iani,
Principis inuicto Flandrorum Marte vel armis.
Arma quis iſta graui numero, quis tanta ſonare
Par fuerit? tantos quis non expalleat hauſtus?
Arma quis iſta ſibi diffundere ſumat in omne
Tempus, & immani ſumat decurrere gyro?
Non eadem cunctis Pymplæo ex fonte ſcaturit
Vena, nec Aonio ſtylus idem prodit ab amni.
Quæ ſuper herbarum genio meditatus auena
Sum tenui, læto vultu clariſſime Princeps
Excipias igitur. Quintinia prælia condet
Alter Mœonides, qui venit in ætheris auram,
Membráque Gallorum Germanis vulſa cateijs,
Et frameis nuper Grauelinga ſub arua, cothurno
Grandiloquo nixus, pallaq; decorus & oſtro:
Quandoquidem nullum Patareia mœnia ſeruans,
Et iuga Cyllenes, nec non Soractis Apollo,
Theſpiadumque chorus tener illo tempus amarint
Vnquam liberius. Nunc o, nunc aurea verè
Sæcula voluuntur, nunc omni præſidet oræ
Numen Leucadij tractus, nunc aſtra videre
Flammea collubitum cœli, modo pauca faceſſant.

Quan-

Quandoquidem admiſcuerim nonnulla ſecutus Nicandrum, quæ omnino rudi lectori nō ſtatim ſunt obuia, annotatiunculas quaſdam in finem reiicere ſtatui.

IN PROOEMIVM.

PLæno cornu, abundè.
Tres ſunt Parcæ quæ vitæ humanę præſidēt.
Charybdis & Niſeis periculoſa loca maris.
Ægis ſcutum Palladis.
Cirrhæus & Leucadius ſol.
Gæſum haſta Gallorum.
Vulcanus exercet fabrilia in Ætna.
Marcellus & Camillus nobiles Romani liberarunt patriam à Gallis.
Elice filia fuit Lycaonis.
Caurus ventus.

Caput 5.

Ars Pæonia à Pæone medico.
Coryphæi præcipui.
Degentis ad alta draconis etc. Alta pro mari, non montibus.

Caput 18.

Polyhiſtor multiſcius
Flabella pro flatibus.

Caput 20.

Cerberus trifaux ex Echidne natus eſt q̃buſdã.
Amaryllis pro amica, vt aliàs paruus Ænæas pro filiolo, & aqua Acheloia pro fluuiatili.
Verbigena Deus opt. max.
Eoum oriens.
Vt puer Odryſij etc. Munera fuerunt Polydoro filio Priami exitio.

Caput 27.

Marmarinus Apollo.

Thyaſus grex, caterua.

Cecropius Athænienſis.

Emathius Theſſalus.

Caput 28.

Echionius Thebanus.

Caput 29.

Sed enim vitabit acerbũ etc. Nimius vſus acerbæ vuæ præ reliquarum eſt vitandus.

Caput 34.

Fœcundius omni ſcilicet alia.

Caput 40.

Polyandrion pro cœmiterio.

Maſsilia vrbs Galliæ.

Sophiæ facundus Homerus, etc. Ariſtotelem antonomaſticῶs intelligo: huius autẽ facundiam plurimis locis admiratur Cicero. Videãt igitur ſpurij philoſophi puritatem Romani ſermonis inſectãtes, nũ veſtigijs ſui principis inſiſtant. Eſt verò hoc loci parentheſis iuſto quidem prolixior, ſed præ nimio erga Ariſtotelem amore dicar ſanè labi. Encomiũ autem ducitur à quatuor principibus mũdi partibus.

Theon homo effrænatè maledicus.

Caput 51.

Album pro gradu, vt aliàs ſtatio, legio, ala etc.

Caput 52.

Hircus pro fœtore.

Caput 54.

Lyſicrates & Myron nihil non fecerũt vt pellerẽt canitiẽ. Pãdoręautẽ à primis annis cani ſunt.

Caput 59.

Iacchus & Ogygius Bacchus, vt aliàs Eleuther, Lyæus, & Nyſæus.

Amy-

Amyſtis poculum.

Caput 65.

Lampſacenus, Orneathes, & Hellæus Priapus deus hortorum, vt Dryades & Hamadryades deæ. Pales autem frumenti & agrorum.

Caput 66.

Thymbręus, Clarius, Tegęus, & Theius Apollo & ſol.

Caput 70.

Hippotades ſeu Æolus pro Neptuno.

Vt campos Schediæ etc. Loca ſunt Ægypti, vt aliàs Mareotis & Pharus.

Reges omnes Ægypti vocantur Lagidæ.

Nec ſecus atque fretum, etc. Xerxes 300 colaphos impegit Helleſponto.

Cenchreius & Ennoſygæus Neptunus, vt aliàs Nyſiræus. Panchaia Arabica.

Soteria pro ſanitate recepta dona.

Caput 77.

Puppius tragædus adeò mouit affectus, vt auditores flere compulerit.

Caput 90.

Geloum ſtagnum tetri odoris.

Caput 95.

Cocytus fluuius infernalis.

Flammeum & flammeolum veſtis rubra, qua recens nuptæ tegebantur.

Caput 105.

Sufflamen pro impedimento.

Caput 108.

Iuuenis Pellæus Alexander Macedo.

Ignigena Bacchus. De huius matre fabulã ſic accipio, vt eam difficili partu putem obijſſe.

Claudilla vxor Caij Caligulæ. Caput 110

Mydoniæ Threiſſæ. (Romani.

Romulidę, Æneadæ, Iliadæ, & ciues togati ſunt

Hyagnis

Hyagnis inuenit geminas tybias quibuſdam.

Caput 118.

Erebus infernus.

Perſephone Proſerpina.

Caput 124.

Grynæus ſol.

Caput 133.

Paſtinaca Geuchi etc. Numina ſunt marina.

Saturnus falciger amputauit patri virilia.

Caput 162.

Claudius imperator occidit amitam ſuam nimia purgatione, probabile igitur eſt eam & ſurſum & deorſum purgaſſe.

Nero glaber eſt Domitianus imperator, nã hunc caluum dixit ſua Roma Neronem.

Caput 163.

Tiſiphone eſt vna Eumenidum ſeu furiarum infernalium.

Clotho vna Parcarum.

Latois luna.

Caput 211.

Laertius heros Vlyſſes.

Sygeia Troiana.

Caput 220.

Palepaphia Venus, vt aliàs Acidalia.

Caput 311.

Dardanidæ & Laomedontiadæ Troiani.

Curetis Cretenſis ſeu Creſſa.

Auſonidæ, Heſperij, Oenotrij, Itali ſunt.

Cylindrus lapis quo læuigatur area.

Caput 338.

Neceſsitas Diomedæa magna admodum.

Elpis hic fuit Imbraſius, Cercetius, ſeu Samius.

O decus etc. Bacchus colebatur in Taygeto, Tmolo,

Tmolo, Bryſis, Cithærone, & Nyſſa, atq; hæc loca indicantur hic ordine.

Caput 374.

Ææum magicum.
Mineides Arabicæ.

Caput 388.

Quintus Catulus, Anacreon, & Druſus Pompeius filius Caligulæ interierunt ſuffocati.

Caput 391.

Cui bis patuiſſe tyrannus etc. C. Iulius dictator bis fuit correptus epilepſia inter publica munia.

Caput 397.

Pæantius heros Philoctetes.
Thoas rex Lemni.
Parthenope Neapolis.
Mephitis teter odor.
Titan Oceani etc. Periphraſis veſperi, indicanturque tres dij, Neptunus, Mercurius, & Iuppiter.
Attegiæ & magalia caſulæ ruſticæ ſunt.
Carcheſia pocula.
Amyclæus Neptunus.
Panomphæus & Ægiochus Iuppiter.

Caput 438.

Otho imperator nihil non fecit, vt maneret glaber.

Caput 439.

Celeuma clamor & iubilus nautarum portum intrantium.

Caput 440.

Optimum ferè opus Domitiani fuit capere muſcas.

Caput

Caput 447.

Vt ſtabulum etc. Hercules purgauit ſtabulum Euryſteos.

Caput 454.

Tantalis Niobe.

Lampetie vna ſororum Phaetontis.

In epilogum.

Oſtium Iani claudebatur tempore pacis.

Cateia telum, framea haſta Germanorum.

CAPITIS

CAPITIS QVO CVIVSQVE PLANTÆ vires recenſentur Index.

Abies	142.	Anacardium	31
Abiga	452	Anagallis	11
Abrotonus	1.	Anagyrus	47
Abſinthium	5	Androſæmum	10
Acacia	43	Anemone	70
Acanthus	35	Anethum	18
Acanthium	44	Angelica	40
Acetum	330	Aniſum	52
Aconitum	36	Anonis	51
Acorum	6	Anthemis	25
Adiantum	23	Anthyllis	56
Aegylops	41	Aparine	15
Aerugo	176	Aphace	49
Agaricum	3	Apiaſtrum	296
Agnus	2	Apios	63
Aizoum	20	Apium omne	378
Aiuga	452	Apollinaris	437
Alcea	12	Aqua marina	158
Alcibiadium	138	Aquilegia	37
Aliſma	21	Arbutus	232
Alliaria	39	Ariſtolochia	34
Allium	417	Artemiſia	24
Alnus	272	Arum	17
Aloe.	13	Aſarum	8
Alſine	14	Aſclepias	66
Althæa	7	Aſcyrum	9
Alypum	29	Aſpalathus	55
Alyſſum	45	Aſparagus	65
Amaracus	4	Aſphodelus	53
Amaranthus	38	Aſplenum	57
Ambar	30	Aſter Atticus	62
Ammi	43	Aſtragalus	58
Ammoniacum	68	Atractylis	61
Amomum	46	Atriplex	50
Amurca	69	Auellanæ nuces	224
Amygdalus	67	Auena	86

Balauſtium 91.
Balſamine 87.
Balſamum 92
Barba capri ſylueſtris 84
Barba capri campeſtris 432
Bdellium 93
Bellis 75
Beta 427
Betonica 187
Blattaria 85
Blitum 80
Botrys 83
Braſsica ſatiua 211
Braſsica canina 192
Braſsica marina 212
Bryonia 32
Bugloſſum 77
Bulbus 82
Bulbus ſylueſtris 127
Bunias 81
Buphthalmus 74
Burſa paſtoris 343
Butyrum 102
Buxus 396
Cacalia 197
Cadmia 242
Calamintha 256
Calamus aromaticus 195
Calamus vallaris 196
Caltha 184
Cancamum 198
Cancanus 197
Candelaria 441
Candela regis 441
Cancer 251
Cannabis 202
Cantharides 244
Capillaris 424
Cappatis 273
Cardamomum 208
Cardiaca 236
Carduus 397
Carduus Veneris 111
Carpeſium 210
Carum 248
Caryophyllum 185
Caryophyllata 186
Caſeus 102
Caſsia odorata 199
Caſsia nigra 200
Caſſutha 183
Caſtorium 153
Caucalis 274
Cedrus 216
Centaurium magnum 245
Centaurium paruum 246
Centummorbia 190
Cepa 260
Cepæa 254
Cera 219
Ceraſus 204
Chamæciſſus 449
Chamædrys 448
Chamæleon 451
Chamæmelum 25
Chamæpitys 452
Chelidonium 447
Chryſanthemum 450
Cicer 136
Cicerbita 398
Cichorium 399
Cicuta 225
Cimices 260
Cinamomum 209
Cinnabaris 264
Circea 226
Cirſium 182
Ciſtus 227
Ciſtus 228
Clematis daphnoides 207
Clinopodium 229
Clymenum 270

Cnicus 250.
Coccus tinctorius 230.
Cochlia 252
Colchicum 127.
Colocynthis 203
Columbina 340
Conuoluulus 135
Conyza 275
Corallium 266
Coriandrum 206
Cornu ceruínum 255
Cornus 277
Coronopus 193
Coſtus 208
Cotonea malus 221
Cotyledon 276
Crethmum 235
Crimnum 237
Crocus 220
Crocomagma 271
Crucíata 205
Cucumis 409
Cucurbita 214
Cucurbita ſylueſtris 203
Cuminum 278
Cunila 155
Cupreſſus 215
Cyanus 191
Cyclaminus 262
Cydonía malus 221
Cynogloſſum 244
Cynogloſsū officinarū 194
Cyperus 263
Cyprus 240
Cytíſus 241
Damaſſonium 21
Daphnoides 109
Daucus 112
Dictamnus 119
Digitalis 124
Diphryges 117
Dorycnium 115
Dracunculus 110
Dryopteris 116
Ebenus 121
Echinus 143
Echium 138
Elaterium 409
Elleborus niger 124
Elleborus albus 125
Empetrum 140
Endiuia 399
Ephemerum 127
Epipactis 144
Epithymum 141
Equiſetum 173
Erica 132
Erinus 143
Eruca planta 128
Eruca animal 243
Eruum 328
Erygeron 150
Eringium 140
Eupatorium 129
Euphorbíum 145
Euphroſyne 130
Faba Aegyptíaca 267
Faba 247
Fermentum 148
Ferrugo 177
Ferula 318
Feſtuca 41
Ficus ſatiua 391
Filix 374
Filix querna 116
Fœniculum 297
Fœnumgræcum 429
Fontalis 356
Fragaria 444
Fumaria 188
Galbanum 453

Galiopſis 163
Galium 104
Galla 218
Gallina 332
Gallinaceus 332
Geniſta 106
Gentiana 94
Geranium 96
Gingidium 105
Gladiolus 319
Glans vnguentaria 90
Glaucium 97
Glaux 98
Gluten taurinum 231
Glycyrrhiza 101
Gnaphalium 99
Gramen Germanicum 60
Granum tinctorium 230
Gummi 233
Hedera 259
Hedera terreſtris 449
Helenium 123
Heliotropium 152
Helxine 134
Helxine ciſſampelus 135
Hepatorium 129
Hieracium 175
Hippomarathrum 170
Hippophaes 172
Hippoſelinum 181
Hordeum 261
Horminum 327
Hyacinthus 438
Hydropiper 440
Hyoſciamus 437
Hypericum 436
Hypociſtis 435
Hyſſopus 439
Iberis 174
Ibiſcus 7
Idæa radix 169
Inguinalis 62
Intibus 399
Inula 123
Irio 137
Iris 180
Iris agreſtis 127
Iſatis 178
Iſchas 63
Iſopyrum 171
Iuglans 223
Iuniperus 64
Labrum Veneris 111
Lac 102
Lactaria 429
Lactuca 154
Lactuca marina 429
Lactuca caprina 429
Ladanum 228
Lagopus 292
Lanaria 441
Lanaria altera 404
Lapathus 280
Laſer 420
Laſerpitium 420
Lathyris 279
Laureola 109
Laurus 113
Laurus Alexandrina 108
Lens 445
Lepidium 174
Leucas 292
Lichen 287
Liguſtrum 289
Lilium 213
Limonium 286
Lingua bubula 77
Lingua canina 249
Lingua canina officinarū 194
Linum 281
Lithoſpermum 284
Lixiuium 234

Lolium 59
Lotus arbor 295
Lunaria minor 290
Lupinus 164
Lupus ſalictarius 89
Lycium 294
Lyſimachia 291
Macer 298
Malabathrum 299
Malua 307
Mandragoras 313
Manna 300
Marrubium 339
Marrubium nigrum 72
Medium 302
Mel 300
Melanthium 303
Melilotus 312
Meliſſophyllum 296
Mentha 153
Mercurialis 282
Meſpilus 301
Meum 304
Milium 258
Morus 310
Moſchus 299
Myagrus 305
Myrica 308
Myrobalani 90
Myrrhis 311
Myrtus 306
Napus 81
Narciſſus 318
Nardus 455
Nardus ſylueſtris 444
Naſturtium 189
Naſturtium agreſte 174
Nerium 316
Nymphæa 314
Ocimum 456
Ocimoides 457
Oenanthe 325
Oeſypus 333
Olea 122
Olus atrum 181
Ononis 51
Opopanax 360
Orchis 324
Origanus 321
Oryza 331
Oſyris 323
Oxyacantha 322
Oxys 326
Pæonia 95
Paliurus 359
Palma 443
Palma Indica 443
Panaces Herculeum 360
Panaces Aeſculapicum 361
Panaces Chironeum 362
Pancratium 358
Panicum 131
Papauer 309
Paronychia 363
Parthenium 334
Paſtinaca 400
Pedicularis 395
Peplis 364
Peplus 342
Perfoliata 253
Periclymenum 377
Perſea 365
Perſica malus 341
Perſicaria 352
Perſonata 19
Pes leoninus 348
Pes anſerinus 347
Petaſites 355
Petroſelinum 378
Peucedanus 338
Phaſganium 320

Phu cccclxiiii.
Piloſella cccxlv.
Pimpinella cccxlvi.
Piper 380. Piſtaciũ 382
Piſum 351. Pituitaria 395
Pityuſa 366. Pix 381.
Plãtago 27. Platanus 377
Polemonium cccclxix.
Polium paruum ccclxxxiii
Poliũ montanũ ccclxxxiii
Polygonatum cccxxxv
Polygalum ccclxviii
Polygonum cccxxxvi
Polypodium cccxxxvii
Populus nigra lxxii
Porrum capitatum 344
Portulaca cccxxvi
Potamogeton ccclvi
Potentilla cccxlix
Praſium cccxxxix
Praſium nigrum lxxii
Propoolis ccclxxxiiii
Prunella cccl.
Prunum cclvii
Pſeudonardus cccclv
Pſyllium cccccliiii
Ptarmice ccclxxiii
Puleium cvii
Pulmonaria ccccliiii
Pumex cclxv
Pycnocomum ccclxxi
Pyretrum xxxv
Quercus cxviii
Quinquefolium ccclxxii
Radicula cccciiii
Ranunculus lxxxviii
Raphanus ccclxxxviii
Rapum c.
Reſina ccclxxxix
Rha Ponticum ccclxxxv
Rhododaphne cccxvi
Rhus cccxc.
Ribes ccclxxxvi
Ricinus cci.
Roſa ccclxxxvii
Roſmarinus cclxxxiii
Rubia cxxxix
Rubus lxxi
Rubus caninus ccxxxix
Rumex cclxxx
Ruta hortenſis ccclvii
Sabina lxxvi
Sabucus liiii.
Sacra herba 340. ccxl
Sagapenum ccccv.
Saliuaris cclxxv.
Saluia cxxxiii.
Salix clxxix.
Sambucus liiii
Samſychum iiii.
Santalum ccccvii
Sarcocolla ccccxvi.
Satureia clv.
Saxifraga ccccciii.
Scãmonia 407. Scilla 394
Scolopendrium lvii.
Scolymus ccccxcvii.
Scordium ccccxcii.
Securidaca cli.
Sedum xx.
Semperuiuum xx.
Sena ccccvii.
Senecio cl.
Septifolium cxx.
Seris ccccxcix.
Serpyllum cxxiiii.
Sertula Campana cccxii
Serum lactis cii.
Seſamum ccccviii.
Seſeli Maſsilienſe ccccxcvi.
Sideritis ccccxv.
Siliquifera arbor ccxvii.

Sinapi cccxiii.
Siſer ccccxiii.
Siſymbrium cccciii.
Sium ccccxii.
Smilax ccccxi.
Smyrnium ccccxix.
Solanum cccci.
Solaris clii
Solidago ccccx.
Sonchus cccxcviii.
Sorba cccxxix.
Spartium ccccxviii
Spartus ccccxviii.
Stachys ccccxiiii.
Staphis agria cccxcv.
Staphylinus cccc.
Sternutamentoria ccclxxiii
Stichas cccxciii.
Strobilus cccxcvii.
Struthium cccciiii.
Styrax ccccvi.
Sulphur clx.
Symphytum ccccx.
Tamarix cccviii.
Terebinthus ccccxxi.
Teſticulus caninus cccxxiiii
Teucrium ccccxxxiiii.
Thalaſſomeli clvii.
Thaliſtrum clvi.
Thalictrum clvi.
Thapſia clxiii.
Thlaſpi clxii.
Thus cclxxxv.
Thymelæa clxv.
Thymoxalme clix.
Thymus clxi.
Tilia ccccxlvi.
Tithymalus ccccxxix.
Tordylium ccccxxviii.
Tragacantha ccccxxii.
Tragopogon ccccxxxii.
Tribulus ccccxxiii.
Trichomanes ccccxxiiii.
Trifolium odoratum 430
Trifolium pratenſe 431
Trinitatis herba 426.
Triſſago paluſtris 392.
Triſſago ccccxlviii.
Tritícum ccclxxix.
Tuber cclxii.
Turpetum xxix.
Tuſsilago lxxiii.
Typha ccccxxxiii.
Verbaſcum ccccxli.
Verbena cccxl.
Verbenaca cccxl.
Veronica lxxviii.
Vetonica 187
Vicia lxxix
Vinum xxviii.
Viola purpurea clxvii.
Viola matronalis clxviii.
Viola lutea cclxxxviii.
Viſcum clxvi.
Vitex ii.
Vitis ſatiua 28
Vitis alba 32
Vitis nigra 33
Vlmus 370
Vmbilicus terræ 262
Tmbilicus Veneris 276.
Vrceolaris 134
Vrtica 48
Vrtica fœtida 103.
Vua 28.
Vua paſſa 28.
Xanthium 320.
Xiphium 319
Zadura 147.
Zinziber 146.

FINIS.

Errata sic corrige.

In præfatione pagina 1. linea 29. lege qui. Fol. 1. pag. 1. li. 19. lege quot. in eiusdem paginæ linea 22. lege munus. Folio 27. pag. 1. lin. 22. lege cedunt. Fol. 45. pag. 1. lin. 8. lege cynogloſſum. Fol. 59. pag. 1. linea 20. lege quæq; dolore. Fol. 68. pag. 2. li. 11. lege capacia. Fol. 74. pag. 1. lin. 28. dele atque. Fo. 96. pag. 2. lin. 27. lege liquore hoc. Reliqua parui momenti errata lector facilè percipiet.

Poema hoc quod M. Marcus de plantarum viribus conſcripſit, elegãs mihi videtur & doctũ, nec quidq̃ in eo reperi quod catholicæ fidei aduerſetur: quare poſſe imprimi iudico.

Cunerus Petri paſtor S. Petri Louanij, die 29. Iulij. Anno 1563.

Typis Stephani Valerij Typogr.